3 1761 05505140 3

Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
University of Toronto

https://archive.org/details/omnesgeorgiimacr01macr

OMNES GEORGII MACROPEDII FABVLAE COMICAE, DENVO

recognitæ, & iuſto ordine (prout editæ ſunt) in duas partes diuiſæ. Quarum catalogũ uerſa pagina lectori offeret.

Adiectæ ſunt Choris poſt ſingulos Actus notulæ quædam muſicæ, quo ſimplici tenore quiſq; poßit citra laborem uerſiculos modulari.



ecti Harmannus Borculous excudebat anno.

1 5 5 2.

LIBRARY
AUG 30 1973
UNIVERSITY OF TORONTO

PA
8547
M23
1552a
V1

case Y682.M25
LIBRARY
UNIVERSITY OF TORONTO

IN TOMO PRIMO.

ASOTVS. I·1
LAZARVS. I·2
IOSEPHVS I·3
HECASTVS. II·1
ADAMVS. I·4
HYPOMENE II·2

IN TOMO SECVNDO:

ALVTA. II·3
REBELLES. II·4
PETRISCVS. II·5
ANDRISCA. II·6
BASSARVS. II·7

G-35??
OE

ASOTVS EVANGELICVS,

SEV EVANGELICA DE ſilio prodigo parabola.

Epiſtola nuncupatoria, Iambico trimetro.

Georgius Macropedius Godofrido Bollio, Traiectinæ ciuitatis Conſuli meritißimo S. D.

Qvia non modo de me, ſed & de omni domo
Noſtra bene meritus es uir ornatißime,
Volui profectò ſæpe gratificarier
Aliquo tibi munuſculo. Verum quia
Neq; aureo, neq; gemmeo, neq; tyrio,
Inops queo, tentabo litterario.
Scripſi olim adoleſcens trimetris uerſibus
Et tetrametris, ea phraſi & facundia,
Qua tum per adoleſcentiam, & mala tempora
Licebat, euangelicum Aſotum aut Prodigum,
Omnis quidem mei laboris initium.
Cum igitur ſciam te noſtra, quanquã uilia,
Non prorſus aduerſarier, quem iam fere
Annos triginta uelut inutilem abdidi,
Denuo reſumpſi, & ædidi, ut tibi dedicem.

Cape igitur hoc manibus (quod aiunt) candidis
Munuſculum, ut ſub grauibus atq; ſerijs
Rebus habeas, quo animum ſubinde recrees.
Rogoq; te, ne tam xenion, ac beneuolum
Animum tui Georgij Macropedij
Conſyderes. Vale uir ornatiſsime.

ARGVMENTVM IN ASOTVM.

DVos pater familiæ habebat filios,
Quorum quidē ſenior, quo erat frugalior,
Hoc iunior rerum fuit profuſior.
Is deprehenſus cum improbis græcarier,
A fratre primum, à patre deinde carpitur.
Plexis proinde ſodalibus patrem petit
Rem hæreditariam accipit. Longe in Aſiam
Comitantibus ſcortis duobus nauigat.
Scortatur inibi, remq; perdit peſsimè,
Dolore patre affecto & ægritudine.
Tandem fame premente ſeruit, & ſues
Paſcere coactus, ſiliquis uentrem ſuum,
(Quāuis cuperet) implere non permittitur.
Ductus igitur fœlice pœnitudine,
Tandem ad patrem ſupplex reuertit, gratiam
Quam demeruerat, lachrymis uberrimis
Implorat, impetrat. Pater uitulum iubet
Seniore fratre non ferente occidier.
Epulantur, & ducunt choros cum gaudio.

Dramatis perſonæ.

Pro

Prologus.	Diaboli duo.
Eumenius ſenex.	Lorarij quatuor.
Philætius filius ſenior.	Margæniũ, Planeſtum, Ancilla } meretrices
Aſotus filius iunior.	Colax paraſitus.
Comaſta, Detrus } ſerui nequã.	Pægnium puer Aſoti.
Merimnus, Tribonius, Thryptus, Cometa } ſerui frugi.	Peregrinus mileſius.
	Chor⁹ ex pueris et puellis

PROLOGVS Iambico trimetro.

Non futiles nugas, ut hortos Tantali,
Siculáſue gerras, aut Hiberas nænias,
Non ſtupra uirginum, aut dolos lenonios,
Quibus poëtarum ſcatent comœdiæ,
Inertibus uel impudicis nectimus,
Sed auribus ſpectantium probam indimus
E ueritatis ore lapſam fabulam.
Quid fabulam? Non fabulam, ſed myſticam
E fonte puritatis hauſtam parabolam.
Spectantium probis probamus mentibus.
Nam filium rerum ſuarum prodigum,
Qui patria exularat, ac patris ædibus,
In gratiam patris redire uidebitis.
Sed orat author carminis uos res duas:
Ne ægre feratis, quòd leuem falcem tulit

 Semen

Sementem in euangelicam, eámq; quòd audeat
Tractare maieſtatem Iambo & Tribracho.
Néue inſuper nimis hæreatis ludicris,
Ludiſq; comicis, ſed animum aduortite
Hic abdito myſterio, quod eruam.
Foras euntem quem uidebitis ſenem,
Typum geret cœleſtis omnium patris,
Qui nos amat, fouet, erudit, complectitur,
Cui æs omne conſit iuuenis ob laſciuiam.
Amator eſt mundi, Deum qui deſerit.
Quia ut adoleſcens patre relicto maximæ
Adactus inediæ, ſuilla ſiliqua
Ventrem replere poſtulat, nec impetrat,
Tandémq; reſipiſcens redire cogitur.
Ita homo relicto fœdere ætherei patris,
Dum ueritatis derelicto tramite
Sequitur uoluptates ſuas, quas obſito
Spinis itinere neutiq̃ ualet aſſequi.
Tandem malorum ingente preſſus pondere
Reſipiſcit actus gratia, ac reuertitur.
Et quemadmodum errantem pater iam ſupplicem
In gratiam recepit, ita peccantibus
Sed pœnitentibus remiſſo crimine
Dat gratiam Deus, & ſtolam innocentiæ.
Iam paululum digreſſus à ſpectantibus,
Doctis loquar, qui non adeò ſpectare, q̃

Audio

Audire geſtiunt, logósq; ponderant.
Examinant, dijudicántq; pro ſuo
Candore uel liuore, non latum tamen
Culmum (quod aiunt) dum loquar ſapientibus
Loco mouebor. Interim ualete uos.
Saluete docti, ſocculos qui comicos
Tragicóſue triuiſtis cothurnos, auribus
Parumper arrectis adeſte, aduortite.
Vt non ſolent docti poëtæ in fabulis,
Quæ facta ſunt longe locis diſtantibus,
Populo exhibere, ut proxima, in proſcænio.
Ita quoq; tempeſtate ſi qua facta ſunt
Diuerſa, non uno exhibere tempore,
Sed ut acta ſunt uerbis referre congruis.
Quo tamen Aſotus hic rudi innoteſcere
Vulgo magis queat, cui non tam placet
Quod in theatro logicon eſt, q̃ dacticon,
Ratione ſtudio, haud arte omiſſa temporum,
Abeuntem in Aſiam Prodigum author fabulæ
Poſt pauculos menſes reuertentem exhibet.
Nam ueritatem pluris hiſtoriæ facit,
Præſertim in hac re ſeria, q̃ induſtrium
Poëtices artificium, neq; temere
Plautum ſecutus, Philocraten qui ex Aulide in
AEtoliam amiſſum reducit comicos.
Valete docti. En redeo ſpectatoribus,

 Vnóq;

Vnóq; ſtans fixus loco, uado, uenio.
Saluete: paucis uos monendos cenſui,
Quod abſq; fructu huic parabolæ neutiquā
Dabitis operam, nec pœnitebit otij.
Nam caſtitati non oberit, ut fabulæ
Verſus quæ habent ſpurcos, & immemorabiles.
Sed ſermo purus, liber à laſciuia,
Poſt furta, poſt adulteria, poſt flagitia,
Vos iuſta per lamenta pœnitentiæ
Ad patris ætherei reducet gratiam.
Si fabulæ expeteſsitis uocabulum,
Quod Græce ἄσωτος, ſi Latinus exprimat,
Comœdiæ aptè nomen indet Prodigo.
Qui adeſtis igitur ad uidendum, quæſumus
Silentium præbete, non decet uti eos
Sermonis officio, ad theatrum qui appetunt.

ACTVS Primi SCENA Prima.

Eumenius. Comeſta.

Verſus ſunt iambici trimetri.

Boni parentis eſſe ego arbitror, ſuis
ſic prouidere liberis, ne quid ſiet
Quod obſiet naturæ, honori, aut moribus.
Quandoquidem in hoc non genuit, ut uiuant modo,
Sed ut probè uitam atq; honeſtè tranſigant.
Ob id uſq; in hanc ſenectam, inexhauſtus labor

Nec occupauit artus annis priſtinis,
Mentémq; diſcruciauit ab cura anxia,
Animiq; ſollicitudo multo maxima.
Parthos, Syros, Medos, Arabas, & Italos,
Delum, Paphum, Pontum, Cyprúmq;, & Græciam
Per ſaxa, & ignes horridos, per ſtridulas
Syrtes, mare inuium, atq; itinera deuia,
Inſomnis, impiger quoq; peragraui, & his
Temporibus albitudinem acciui ocyus.
Si interroges, qui tanta perpeti mala
Potuerim, amore ſolo, amore pignerum.
Hic quæq; fecit aggredi duriſsima.
Hic ſolus exhibuit amara dulcia.
Merito quoq; Dijs maximam habeo gratiam,
Quod non inanis hic labor, nec inutilis.
Bonorum enim theſaurum abundantiſsimum
Congeſsi, uti nihil omnium abſit liberis.
Ampla eſt domus, & amplum famulicium eſt, agri
Vberrimi, campi latiſsimi, greges
Numeroſi, & (ut dicam ſemel) dono Deûm
Nil omnium eſt, indiguerint quo liberi.
Sat hercle partum, ſuſq; deq; omnia fero:
Quod ſupererit uitæ, otio dare ſtatui, ut
Indulgeat Genio ſenectus ultima.
Sed eſt, quod abſq; dolore cordis maxumo
Nec fero nec audio. Quod ubi ſuam pater

Induſtriam, ſudorem, & ipſum ſanguinem
Suis beandis liberis impenderit,
Sunt plurimi, qui his prorſus ingrati ſient,
Qui morbidæ parant ſenectæ plurimas
Diras quoq; ærumnas, & indies cura, Scazon.
Mœrore, amaroreq; uerẽtur neutiq̃ eã hypmet.
Afficere. Edunt, bibunt, & abliguriunt
Rem omnem paternam, ut oſſa nudent carnibus.
Plane id uel ex meipſo ad unguem penſito
Meáq; familia, cui licet nihil
Subtraxerim quod exhibere debui,
Nihilo minus fraudare me flocci æſtimant.
Sunt nanq; duo mihi filij, quorum alter eſt
Frugi ſatis nobis, ſibiq; maxime.
Verum alter eſt totus lubricus, & prodigus,
Cui non mediocris adhæret, aſſentatur, &
Fauet familiæ turba, præcipitésq; eunt
In omne flagitium, ſcelúsue, quod audeant,
Audéntq; plurimum, quod aſſuefactio
Audaciam dat, & fouet libidinem.
Hinc gemitus & dolor hoc quatit pectus meum.
Hinc lachrymæ ad æthereũ patrẽ, & iuges preces.
Accedit & inhoneſta famigeratio.
Mala publica, & priuata peior dictio,
Nam quod familiæ eſt, irrogatur patribus.
Hoc dedecus tuum, hoc tibi uitio Eumeni eſt,

Quod

Quod degenerat, & improba extat familia:
Num uero? An unquã eis mali author extiti?
An non quod eſt patris modeſti & optimi
Exhibui? Ab incunabulis in hunc diem,
Et eſſe ſemper & probus concredier
Studui, neq; nihili uiris me miſcui.
Non pyrirapis, furacibus, raptoribus,
Non turpibus, ſalacibus, uel mollibus,
Non mulieroſis, ſiue fornicarijs,
Non ſacrilegis, fidifragis, nugigerulis,
Calumniantibus, nec id genus alijs
Me aſſerui, ut orbis teſtis eſt, & conditor
Orbis Deus. Quid ergo iure obiecerint?
An indulgentiam, quòd increpauerim
Remiſsius delicta teneræ ætatulæ?
An non uel ipſam infantiam compeſcui
Verberibus ulmeis, flagris & acribus?
Non crebra, non pia defuit monitio, nec
Omiſſa caſtigatio eſt. Nam eoſdem ob hoc
Et pædagogo tradidi, neq; corrigi
Vnquã uetabam. At ineptias fugerier
Virgis uolebam, & acrioribus flagris
Lubricam indolem nequitia abacta corrigi.
Verum licet iuxta omnibus rigidus fui,
Tamen omnibus non ut uelim, conduxero.
Fruſtra puer natu minor laceratus eſt.

Non tot

Non tot minæ, tot uerbera, atq; exempla tot
Virtutum, & inſtitutio ſcholaſtica
Stultitiam ab ingenio illius præualuerant
Propellere, quia propter hunc domi mea
Contentio eſt crebra, & ſimultas ciuica.
Et quid loquar, niſi unicum Sapientis hoc?
Nemo poteſt corrigere, quem Deus arbiter
Deſpexerit. Sed ecce natu grandior
Gnatus meus Philetius modo rus abit,
Illi uolo concedere animi gratia, &
Vti uideam num cuncta recte agantur. Heus
Comaſta, tu curaſsis interim omnia,
Quæ ſunt domi (dũ abſum) probè. Com. Curauero.
Nunquid aliud me uis, quod urget? Eu. eſt. Cõ. qd eſt?
Eu. Quod maxime curato opuſt'. Granarium
Inuiſe, gurgulione quo ſit liberum.
Com. Curabitur. Eu. Sed audin'? Cõ. auſculto libẽs.
Eu. Altilibus & pullis legumen addito.
Com. Curabitur. Quid deinde? Eu. Ne per familiæ
Licentiam res peſſum eat domeſtica,
Cras rediero. Com. Soſpes redi, ſoſpes uale.

ACTVS primi SCENA ſecunda.

Iambici trimetri, uel ſenarij.

Comaſta ſolus.

EVge, abijt hinc delirus ad uillam ſenex,
Cui tantum ineſt cerebri, cutis quantũ uuida.

Mihi

Mihi credidit rem omnem ſemel domeſticam.
Delirus hercle dum probum me exiſtimat.
Pol ego probus nunq̃ fui, nec ſpem adhibeat
Vnquam fore. Aſt epularier, baccharier,
Scortarier, lactare herilem filium
Noui probè, lepideq; manticularier
Soleo ſenem, ſublinire & os effucijs:
O Iuppiter ſupreme, quanto gaudio,
Fœlicitate quanta onuſtat me hæc dies.
Nunc omne famulicium domus certum eſt ſtatim
Amittere, atq; accire herili filio
Tum ſympotas, tum Aſoticas ſympotrias
Duas, & indulgere Genio, & homunculos
Bellos agere menſis locisq; Sybariticis
Comaſta, nunc te proripe actutum domum.
Sed ecce paraſitus Colax ueluti canis
Famelicus noſtras ad ædes aduolat.
Ipſum uolo præuertere, ut ropalo fores
Non pulſitet, donec ea quæ uolo fecerit.

ACT. primi SCE. tertia. Senarij iambici.

Comaſta. Colax.

SAlue Colax. Col. Dij te ament. Quid ſalueam?
Macritudine ægra macerer miſerrimus.
Inſtar puerperæ, gemellos quæ adidit,
Flacceſco uentre, quatriduanam ob inediam.
Com. Ex renibus morbo laboras admodum

Graui, ex uitellulo tibi pulticula opuſt?.
Col. Dij Deæq; perduant te flagario.
Meam inediam querebar, & ſcelus obijcis?
Com. Compendium dictis uolo noſtris Colax,
Nam ſerio iocor. Col. Audio, uentri meo
Si conſulas, nam id unicum eſt, quod me beat.
Si eluſeris, tentanda res aliunde erit.
Com. Ego faciam hodie, ut tympani inſtar turgeat
Venter tuus Colax, uideberis quoq;
Fœtus iterum (ne fle) gemellis fœtibus.
Col. Et gaudeo, atq; exulto, uera ſi autumas.
O Iuppiter, uideor renatus, geſtio
Audire. Com. Tum audies, cum ſilueris.
Col. Sileo, etiam ſi uenter ut lupus ululet. Com.
Sile. Col. Hē. Com. quin modo ſiles? Col. quin modo
Etiā ne habes ludibrio? Com. Noli Colax (cacas?
Iraſcier, nam te uelut omaſum dabo
Sub hoc die fartiſsimum. Sile modo.
Col. Prædam meis è dentibus rapis hoc σύλει
Quid uult συλεῖσθαι? Et modo caret modo. Face
Compendium. Com. Compendio dictis opus.
Sed ipſe græciſſas modo. Col. Græcarier
Malim, atq; pergræcarier. Com. Facetior
Noſti eſſe, q̃ prudentior Col. Prudentior
Immo eſſe q̃ facetior nouero, ſi erit
Vnde. Indies (ſi occaſio) eſſe bis duos

Scitiſs

Scitiſſimè ſcio atq; prudentiſſimè.
Com. Ha ha he, tuis digni ſales ſunt moribus.
Col. Quid tandem id eſt, cui tanta ſunt præludia?
Dic ſis modo. Com. Audi. Col. Audibo, dic agedum
Com. Gaude, ingredi, faxo te heri penariũ, (modo.
Vbi flaccidum modo pernulis, petaſonibus,
Larido ſuillo, & optimo uino tuum
Hunc ſacculum ſaturauero, gaude modo.
Col. E ueteribus ſtipulis camœnas apparas,
Et more coccygis eadem recantitas.
Nunc occine aliam cantilenam. Qui ſinat
Ferre intrò me pedem ſenex tam tetricus.
Vt plane Ariſtippum ſuperet, aut Diogenem?
Nugas agis trifurcifer, dimitte me.
Com. Dimitto, abi. Col. Te deuorent cacodæmones
Triuerbero, miſerrimus abeo. Com. Heus Colax.
Seria loquor. Col. λῆρον ληρεῖς. Com. Cedo manum.
Col. Hem, quid manũ? Com. Et me & te beauit hæc
Curaberis. Abijt hinc ſenex in prædium, (dies:
Seniore cum Philætio gnato ſuo,
Subducat ut ratiunculam cum uillico.
En ſinguli abſunt, qui forent obſtaculo.
Rem credidit mihi totam, & argentariam
Primum, & cibariam, ſed & uinariam,
Oleariam, atq; obſonariam. Inſuper
Super omnia bona ſua me herus conſtituit, &

Super

Super famulicium ſuum. En claues, quibus
Sum præditus, quibus ingrediar in atria
Opipara, diuitiasq́; heri primarias.
Col. Beas, beas me ſancta ſaturitas mea,
Si id uerum, & id certum. Com. Hercle uero uerius,
Nec te eſurire certius. Iam uolo animum
Te aduortere his pauciſsimis, quæ iuſſero.
Producta uerba longius ſunt, quã utile eſt.
Col. Vt me uoles, ſemper ero, quiduis impera,
Sed es breuis. Com. Certum eſt. Herilis filius
Iunior Aſotus, ſcis q̃ ad omnem facilis eſt
Laſciuiam, petulantiam, iocos leues,
Epulas, ſales, riſum, & uoluptatem id genus
Reliquam? Col. Probè noui, is calamitati meæ
Præſidium amabile, modo liceat per patris
Seueritudinem. Quid ergo uis? Com. Face
Vt aduolent duæ animulæ, & formoſulæ,
Et molliculæ, & amabiles, Planeſium &
Margænium, atq; huius farinæ pauculi
Bibeſij uoluptuarij. Col. Licet.
Com. Induce per poſticulum pedepreſsim. Col. Eo.
Lepidè exequar. Nihil aliud eſt? Com. Propere redi.
Col. Properrime, uenter monet. Com. culina ego ut
Inſtructa ſit, curauero. Col. Id curaueris.
Quid? nihil in os uænatico cani, anteq̃
Vænatũ eat, iactandũ erit? Cõ. raptim. Col. admodũ.

Com.

Com. Ingredere, ſequar, & omnibus præſcripſero
Edicta heri, atq; interminabiles meas
Leges, quibus ſi uerbulo obganniuerint.
Et ulmei, & phœnicei ſaxo ſtent.
Strident fores, an aliquis audeat egredi?

ACT. I. SCE. 4. Trimetri, ut ſuperiores.


Tribonius. Comaſta. Colax.

ET ipſum, & ingluuiem ipſius, Dieſpiter
Perdat, qui in ædes has heriles irruit,
Non aliter atq; famelicus poſt quatridui
Ieiunium lupus. Com. Colaci iraſcitur.
Tri. Pernis tribus citius quidem, quã dixero,
Iamiam uoratis, denuo petaſonibus
Crudis, deinde artocreis auidè ingruit.
Timui profectò in me quoq; faceret impetum,
Ita dentibus fremebat in captam ſibi
Prædam. Com. Libet ridere utrunq;, & illius
Edacitatem, & huius impatientiam.
Tri. Atq; utinam herus reſciſcat hæc, & corrigat.
Nam his omnibus comaſtis, herus dum abeſt domo,
Conniuet, atq; uidens tacet, & (uti ſuſpicor)
Inducit hos nihili uiros. Com. Hem, uti uideo,
Niſi rigidè abactus hic ſiet, pax noſtro huic
Fore non poteſt negotio. Triboni, ades.
Tri. Quis me uocat? Tun' hic eras Comaſta? Quid
Me uis? Com. Quid ædibus relictis me inſcio


Exis foras? An nulla tibi cura eſt rei
Domeſticæ? Tri. Eſt nonnulla, maior forte q̄
Quorundam eorum, qui crepantibus ampliter
Buccis eam ſibi arrogant. Com. Hæc in meam
Contumeliam, tuúmq; proſequeris malum.
Quæ igitur foris rerum tibi curatio eſt?
Tri. Primum expulit me improba Colacis edacitas,
Qua indignè heri penu abligurit funditus.
Com. Nunquid minus te id arguente acturus eſt?
Tri. Faceret minus, ſi tu minus conniueas.
Com. Salus herilis pendet ex te ſcilicet.
In heri negotia modo hic ablegandus eſt.
Quis militat cuiuis ſuis ſtipendijs?
Nulla alia cauſa te uocauit huc foras?
Tri. Hæc cauſa prima (dicere ut iam cœperam)
Huc impulit, uerum tametſi hæc non foret.
Granarium uocarat huc uel horreum
Statim, ad cribrandum triticum, herus ut iuſſerat.
Com. Id iam cribratū oportuit. Abi, abi hinc frutex
Et expedi ocyus quæ agenda in horreo,
Niſi fuſtibus ſcapulas uelis metirier,
Nā & hoc peracto ad alia dirigēdus es. (Colax:
Abi. Tri. Heu. Com. Colax ades, euola. Col. En adeſt
Com. Vti iuſſeram, i uenare, utrúm ne illos queas
Tres debitores uſpiam præhendere,
Iuriq; ſiſtere. Col. Exigam, haud effugerint.

Com.

Com. Curre, interim nos te domi morabimur.
Tri. Si intelligam probè dolos, quos cum improbo
Commentus eſt, non debitores iudici,
Sed ſcorta herili filio ductanda ſunt.
Conſcendam in horreum hoc, & è granario
Sollicitus obſeruabo quos adduxerit,
Si non doli hic commenta ſint, nullus ſiem.



Amor parentis in ſuos Res eſt ſtupenda liberos.



Nō pupulæ tam lumē eſt, Quam patri amicus filius.

CHORVS. Iambico dimetro.

AMor parentis in ſuos
Res eſt ſtupenda liberos.
Non pupulæ tam lumen eſt,
Quam patri amicus filius.
Vt araneus ſe euiſcerat
Pater, & ſuam ſubſtantiam
Impendit, ut gnatum iuuet,
Et calamitate liberet.

Mancipia edunt, ipſe eſurit,
Paruóue uictu & aſpero
Viuit, ſuo dum filio
Parcat, ſibi parcit nihil.
Nam propter hunc beandum, adit
Terræ mariſq; pericula,
Latronum & inſidias pauet,
Sed & frequenter incidit.
Horum omnium tamen interim
Fore liberi immemores ſolent,
Leuibus rependunt moribus
Pro amore amaritudinem.
Sed tu probæ indolis puer,
Tantis tibi laboribus
Obitis referre gratiam
Stude, & uiciſsitudinem.

ACT. II. SCE. I. Iambici tetrametri.

Merimnus. Tribonius. Dætrus.

Mortalium nemo eſt miſerior me uel infœlicior,
Nam ſeruitutem præter hanc quam ſeruio, tametſi optimo
Huic uiro, multis ab œconomo modis diuerberor.
Cui ſenex totam ſimul cum re familiam tradidit
Suam gubernandam. Tri. haud minoribus afficior & ego malis:

Probra

Probra,improperia,irriſiones,ſcommata,& amari
ſales, (bonũ,
Et colaphi, & alapæ, & ulmeus liuor manẽt Tri
Ni pedibus & manibus libens eã eius in ſententiã.
Mer. Sermone blando, moribus placidiſq; cõpello
uirum,
Fert ſemp̃ ægre,ut hero fidelior ſit obſecro,neq; me
Niſi uerbere aut conuitio dignatur,& quod omnium eſt
Multo mihi moleſtiſsimum,quæcunq; ſollicitudine
Mea,aut tua frugalitate parta ſunt,heri quoq;
Quicquid laboribus erat aggeſt..n, œconomus inutilis
Et infidelis diſsipat,nobiſq; demenſum cibum
Subtrahit,herus quẽ iuſſerat tẽpore ſtato nobis dari.
Tri. Rem ueram & ærumnoſam dis Merimne, ſed
quod inclytum (tiam
Qđ amabilẽ adoleſcentẽ heri pulcherrimã ſubſtan
Corrũpit,illicitq; in omne ſcelus,habet me peſsimè.
Serui fidelis eſt heri magis uſq; honorem ac liberos
Curare,q̃ uanas opes,magiſq; multo q̃ ſua
Commoda. Ferendum utcunq; ſiquis me angat, aut
rapiat bona
Domini,at quod in heri pignera exitium eſt,ferendum neutiquam. (indies
Mer. Verũ hercle,uerũ nũquid æquũ tibi uidetur,ſi

Nos terſerit, & hanc ſeruitutem faciat odioſiſſimã
Tri. Profectò iniquum, ſed decet pro hero fidelem
ſeruulum
Opprobrijs ſaturari, & affici crucibus & emori,
Si tps aut locus expetat. Mer. qd igitur eſt? qd facto
opuſt?
Tri. Quod primũ hero negotium omne deferamus,
ut ſciat
Ne nos doli inſimulet, uel infidelitatis arguat,
Si clam fuat. Mer. Probè mones, redeunti hero in-
dicabimus (ſint?
Tri. Mora eſt periculo. Mer. Periclo? qñ ſuggerẽda
Tri. Agundum id eſt ſtatim. Mer. Statim? Tri. Sta-
tim, premit enim occaſio.
Mer. Qui ſic? Statuit, ut aſſolet, epulari? Tri. Ita ẽ
granario
Dolenda uidi, ſcorta p poſticulum intruſit Colax.
Mer. Nugaris. Tri. Vtinam. Prius enim œconomus
uidente me dedit (rat.
Maſtigiæ huic mãdata, ut adoleſcẽtulo ſcorta inge-
Mer. Papæ quid audio, perij: quin iſtud eſt cautum
magis?
Tri. Haud eiulatione opus, ſed ſedula prudentia.
Tu præſtinato ut iuſſus es ſcõbros, ego patrifamilias
Hæc clãculo interea omnia indicauero. Mer. Recte
mones.

Sed

Sed ecce ab incunabulis hypocrita Dætrus aduolat,
Caue neq́d horum intelligat. Dæt. Quid abitis, & quo tenditis?
Iter ò uiri integerrimi? Quid me domi relinquitis?
Mer. Nos præſtinatū amittimur piſces, probi quod intereſt
Serui, domū intus et foris curato, aderimus craſtino.
Dæ. Me miſerum, adhuc liuet cutis plagis nuperrimis, manent (hic,
Recētia heu me uerbera, adeò rigidus eſt œconomus
Etiam in ijs, quæ præcipit præſcripta cōtra herilia,
Nullúsq; huic malo obuiat: redeat utinam herus & obuiet. (magis
Tri. Seruū innocentē omnia decet pferre mala, q̄to
Nos, qui innumera cōmiſimus. Vale. Dæt. Valete.—

ACT. II. SC. II. Octonarij, vt ſuperiores.

Dætrus. Comaſta. Merimnus. Tribonius.

—— NVnc bene eſt.
Nunc carbaſa. Sed huc irruit Comaſta clauatus, lubet
Videre quid agat, non puto animaduertet in amicum modo. (cutis?
Cō. Sceleſti, inertes, plagipatidæ adhuc ſatin' liuet
Tantiſper eſt garrire lubitū, & atterere diē otio?
Abite, abite dum. Mer. Heu. Com. Vel ad coruos, uel in malam crucem. Tri. Oh.

Dæ. O Hercules diuerberat eos fuſte, ſaxo eiuſmodi
Ne condiat carnes meas condimine. Obſequar homini,
Blandamq; frontem præferẽs quæ uoluerit ſaxo, ut queam
Redimere tot plagas. Si erit frugi, coquendi copiam
Mihi faciet, indulgere Genio ſinet, ut arbitror. E foro
Paſcerculos, ficedulas, anates, lepuſculũ, & anſerem
Dudũ attulit, nõnihil in his ſperare mihi licet boni.
Veruntamen ſcio equidem, herus ueniens domum hæc ſi reſcierit,
Nos ulmeos totos dabit, ſexcentoplagóſq; faciet.
Quia iuniori filio hanc occaſionem dederimus.
Inter ſacrum ſaxúmque ſto, lupum auribus teneo miſer.
Delibera, perpende Dætre, utrum eligas, euadere
Præſens malum, aut perendinum. Ex miſero quidem miſerrimum
Te iſthoc die facere ualebis, ſiue fœliciſsimum. At
Quid ante tẽpus es miſer, cruciãs te ipſum inaniter?
Dætrus miniſter erit, coquet bellis homũculis, malis
Inſtantibus mederier licet, futura incerta ſunt.
Quin etſi hero fiat palam, nihil eſt quod haud prætexero

Callidus, & excuſare, & incuſare, & aſſentarier
Doctiſſimus. Sed iã reuortit huc malitia præditus
Trux carnifex, timeo faciat in me impetũ, ita tor-
ſit ferox
Voltum, aſt eo obuiam, & capite demiſſo honorem
exhibuero.

ACTVS ſecundi SCENA tertia.

Tetrametri, ut ſuperiores.

Comaſta. Dætrus.

HEus Dætre te uolo. Dæt. Hem domine, præſto
ſum, abutere ut libet.
Com. Te perduat tuiq; abuſum Aſphaltus impu-
riſſime, (utere,
Vti libet potioribus. Dæt. Quid dixeram? Vt libet
Dicere uolenti parcito. Com. Parco, caue ſis amado
Mihi uerbulo aut nutu obſtrepas. De. Poſthac cati
cauebimus
Dic mi patrone, ſiquid actum à me uelis, perfecero
Lubens. Com. Probè, ſic te decet mihi eſſe morige-
rum. Sed his
Compendium dictis uolo. Scis flagriones hos duos,
Quos fuſte deturbaui ab ædibus, uſq; iuſſibus meis
Rebúſq; ſingulis & aduerſari & obloqui? De. ſcio.
Com.
Hos uti merebant proximum in uicum expuli. De.
merito quidem.

Com. Viuarium ut cõtentur, & piſces domum eras conuehant.
Reliquãq; familiã uacantẽ amiſi ad opera extraria.
Dij boni, q̃ abſente hero turba omnis infidelis eſt.
Te unum inter omnes & probũ & fidum autumo, cui nil prius (cape.
Herilibus bonis. De. profecto nil prius. Cõ. paucis
Sunt iuniori gnato herili amiculi Sybaritici,
Aſiatici, atq; Aſotici, quibus dapes lautiſsime
Coquas oportet. Det. ſcilicet, ſed quid ſi herus reſciuerit?
Næ acerrimas pœnas uterq; dabimus, alter et alteri
Nõ utiq; ſuffragabitur, timeo admodũ pelli meæ. Cõ.
Et ego admodũ iugulo meo. Per Herculẽ tu ignauior
Cuculo es homo. Pelli times, tibi dũ eſſe fœlici licet?
De pelle ſi modo agitur, in portu ſtent merces meæ.
Det. Ero ut uoles. Com. Cura ſtatim ſequare. Det. Te actutum ſequor.
Pol omnium quos uidi, hic eſt deterrimus. Cõ. Deterrimus? (tiam.
Væh tibi ſcelus. Det. ſine obſecro finire me ſenten
Com. Quã? Dicito. Det. Pol omnium quos uidi, is eſt deterrimus,
Qui reſpuat beatus eſſe, dum fuerit occaſio.
Id cœperam. Cur mi uolenti dicere id ſuccenſeas?
Cõ. Haud loquere cõſentaneũ, tamẽ facceſſe quæ uolo
Ne ſe

Ne feceris mihi remoram, ſequere. Dæt. Sequar celerrime.
Nunc abijt hic pol omniū, quos terra ſuſtinet uſpiā
Deterrimus, ridet ſenem, rem diſsipat, gnatum locat
Scortis, ferit pueros, & omni luxui ſe immerſitat.
Hinc aliquot affectos probro optimos uiros longe
Quo indulgeat licenti⁹ ſuis cū herili filio (aſpulit
Fœdis uoluptatibus. At ex intemperantia illius
Mihi cumulus obtinget bonorum, quod uoluptate liceat
Frui, atq; ad eius peſsima facinora probū uiderier.
O lepida fors fortuna ſeruas me, bene eſt, bene me beas, (Genio.
Nunc carbaſa (inq̄) Euro dabo, atq; fræna laxabo
Intrò ſequor, coquo, lixo, torreo, condio, apparo ſplendide.
Exit Colax ad hæc probe exigēda mirè accōmodus

ACT. II. Scena. IIII. Iambici ſenarij.

Colax ſolus.


IOui optimo ter maximo habeo gratiam,
Mihi omnis ex ſententia res prouenit.
Albis quadrigis euehor, poſt brumam adeſt
Vernus tepor, poſt hymbrem adeſt ſerenitas.
Sub inedia miſero opitulatus obiter eſt
Comaſta, prædam uterq;, quam uult, nactus eſt.
Paraſitus eſt uænatico ſimilis cani,


Cui


Cui etſi feram uenator eripere ſolet
Edentibus quam ceperit, cibarium
Tamen accipit panem, ut ſuam ingluuiem expleat.
Prædam priorem domino, & hanc ſibi uendicans.
Item ego, feras quas prendidi œconomus tenet
Sibi atq; hero, ſcorta attuli, epulæ me manent.
Verua tument, chytropodes exhalant focis.
Fœlicitati unum deeſt meæ, utpote
Vnius Aſoti reditus, hunc ſi prendero,
Sat prendidi. Sed aduolát ne Aſotus huc
Accipitris in morem, ſiniſtra quem gerit?
Sine, appropinquet, ipſus eſt, Aſotus eſt
Ipſißimus. Nunc incidit fera ultima in
Caſſes meos, quam cupieram. Dij boni
Quàm uagus hic eſt pullus, quàm & indomita eſt auis.
Nec lac ſimilius lactis eſt, nec aqua eſt aquæ,
Atq; hic aui perſimilis eſt. Patrem (auguror)
Abijſſe ſcit, leuitatis id dat ſomitem.
Nam cum domi eſt ipſum ueretur plurimum. Hem
Quid arguo, cuius meam dementia
Gulam beat? Canet, haud uidentem ſe uidet.

ACTVS ſecundi SCENA quinta.
Iambici dimetri & trimetri.
Aſotus. Colax.

Auis







1. Auis feræ perſimilis eſt — *Acatalecti*
Iuuenta lubrica & uaga.
Nam quemadmodum ſæpè auolat
Cuſtodis auis incuria,
Vt nunquàm eandem poſſiet
Allicere uel præhendere.
Col. Vetus iſta cantilena — *Catalecti.*
Quadrat tuis adamuſſim
Tum moribus tum factis.
.2. Iuuenis perinde lubricus — *Acatal.*
Fugæ ſuat ſi occaſio,

Nec pa-

Nec patris imperium obuiet,
Raptatur ultro quolibet,
Vt eius ignores uias,
Nec poſsies reducere.
Col. Bene intulit profectò, Catal.
Ad hæc libens auſculto.
.S. Si morte delirus ſenex Acatal.
Sublatus è medio foret,
Et cederet mihi portio ex
Hæreditarijs bonis,
Beatus & fœlix forem, &
Liceret omne quod libet.
Col. Quanquàm canentem audire perlibet, tamen
Adorior hunc (quia proximus) iam comiter.
Aſote ſalue. Aſo. quis loquitur? Col. huc reſpice. Aſo.
Tun'es Colax? Col. ego ſum ànimule. Aſo. hem, ſalue Colax.
Quid admodum ſuauis es? Col. Egóne iam tibi
Suauior ſum, quàm hactenus ſemper fui?
Aſo. Videre nunc quidem. Sed age dic mi Colax,
Senèm ne uidiſti patrem meum? Col. Domi eſt.
Aſo. Perij. Quid inquis? Col. Te moratur in oſtio.
Aſo. Planè occidi miſer, hunc abiſſe rus ratus.
Col. Quid ſi ego uelim te iſthanc modo ærumnam exequi?
Aſo. Dic ſerio, pater domi eſt? Col. Non, rus ijt,

In præ


In prædium, uix craſtino rediturus eſt.
Tamen domi eſt. Aſo. Quiſnam Colax? Philætius?
Col. Non, cum patre eſt, Aſo. Tribonius? Col. Nõ eſt.
Aſo. ſcio,
Merimnus abſenti patri cupit integram, &
Saluam eſſe rem. Col. Nec is domi. Aſo. Me plurimum
Beas. Col. Beo inquam te, nam uterq; abactus eſt.
Aſo. Abactus eſt? quò abactus? Col. In pagum foras.
Aſo. Cometa uillicus eſt? Col. Patrem qui habet hoſpitem?
Aſo. Saluæ meæ res ſunt, teruncij cæteros
Non fecero. Sed dice quiſnam ſit domi,
Qui obſit mihi? Col. Scis græce? Aſ. Ita. & græcarier
Vtcunq; calleo, dum licet Col, μαργαίνιον,
πλανήσιον. Aſo. μανία γλυκεῖα, γλυκύς δόλος.
Sed age, quid haſce ſuggeris? Col. Rogas? Domi
Tuæ morantur te. Aſo. Me Aſotum? Cerberus
Te glutiat nequiſſime. Col. At te mauelim.
Dum nuncio bona, etiam ne diris deuoues?
Aſo. Mentiris omnia. Hactenus mi os oblitum eſt
Colax? An auis eiuſmodi tibi uideor
Impure, qui cum luſites? Col. Cedo manum. Aſo.
Quid uolt dari hem. Col. Tam uera ſunt hæc, quã ſupra

Nos eſt


Nos eſt polus. Aſo. Videris eſurire. Col. Iam
Non admodum, nam illum tyrannum propuli
πόῤῥω tribus pernis, qui adegit me cruci.
Denuo propulſaturus hinc ποῤῥώτερον
Petaſonibus, ποῤῥωτάτων artocreis.
Aſo. Quo uerbero uerborum hic ingens ambitus?
Suſpendio tenes, logis finem face.
Col. Compendio dicam. Senex abeſt domo,
Oeconomus aſpulit familiam tetricam,
Venatum abegit me. O lepuſculos tibi
Pulpoſulos modo prendidi. Planeſium,
Margænium, feras & id genus alias.
Quicquid gulam aut Venerem allicere ſolet, domū
Comaſta comportauit, & Dætrus coquit.
Vinum, iocus, riſus, ſaléſq; affluxerint.
Aſo. O Bacche ſeruas me, ſi ita eſt, ſunt res meæ
Fultæ. Sat eſt uerborum, eamus intrò, nam
Ardet uidere corculum quæ dixti. Ament
Te Dij Colax, qui quod mea ex re eſt ſedulo
Curas, meminero dum ſinent fortunulæ.
Sequere. Col. Sequor, grunnire uenter occipit.
Tu cantilenam proſequere, quam cœperas.
4. Aſo. Cum bellulis homunculis Acatal. iamb.
Et candidis puellulis
Porrigere frontem ſi libet,
Id propter inopiam haud licet.

Soluen.

Soluendum enim dum in ſymbolo eſt,
Vbiq; zonam perdidi.
Col. Id mihi accidit frequenter,
Cum non eram ſoluendo.
.S. Aſo.. Iccirco patrem acceſſero. Acatal.
Rogaueróq; ut impleat
Meam aureis crumenulam.
Si fors mihi id negauerit,
Rem hæreditariam petam
Mihi diuidi, atq; abiuero.
Col. Mentis ſuæ ſecundum Catalect.
Vagam indolem canendo,
Fugam fugax meditatur
Ni conſequatur uotum.
Aſo. Sequere. Col. Sequar te. Aſo. Aperitur oſtium.
Monet ipſa res, nidēt culinæ obſonia. (Col. Sequor.



Vana eſt iuuentus, & uaga, Salax, petulca, lubrica,



A pecude, ni coerceas, Poſt paululum nil differet.

CHORVS. Iambico dimetro.

VAna eſt iuuentus, & uaga,
Salax, petulca, lubrica.
A pecudæ, ni coerceas,
Poſt paululum nil differet.
Sola eſt uoluptas, cui ſtudet.
Sola eſt libido, quam cupit,
Scortari, inebriarier,
Noctes dieſq; nititur.
Tam cæcus eſt ephebi amor,
Peruerſus, improbus, impius,
Vt iactet id potiſsimum,
Vnde erubeſcat maxime.
Sua ſtupra clancularia,
Furtum, dolum adoleſcentuli,
Quantumlibet pudenda ſint,
Celebrant, honeſtant, efferunt.
Quapropter hanc licentiam
Oportet eſſe coercitam,
Alioqui ephebos criminum
Tandem in barathrum miſerit.
Nam quolibet malum, cui
Non initio reſiſtitur,
In omne paſsim flagitium
Peius priore pertrahit.

ACTVS. Tertius.

SCENA. Prima. Iambici ſenarij.

Cometa uillicus ſolus.

MAndata herilia uix quidem, quæ tuta ſunt,
Solent inertes aggredi, & nihilominus
Cum hero ſuo, ſi utcumq; ad oculum fecerint,
Pro præmij retributione expoſtulant.
Fidos probósq; ſe arbitrantes ſeruulos.
Veruntamen multo ſecus ego cenſeo,
Nam fidum ego & probum autumo, domini ſui
Qui iuſſa ſedulo faceßit, & aſpera
Perinde fert ac proſpera, haud tamen arroget
Sibi meritum, ſed inutilem uſq; iudicet,
Totúsq; herili ex gratia dependeat.
Me, ſcio equidem ſcio, uerbera atq; opprobria
Manent me ab œconomo domi, nam ægre feret
Se deprehendi ac reprehendi, herum quoq;
Lento gradu meum aſſequi ad ueſtigium
Non ſuſpicabitur, & ob hoc in me ſæuiet.
Verum imperium herile exequi eſt ſententia.
Viſam quid actitet domi, num dißipet
(Vt detulit Tribonius) domini bona.
Ne callida eludat uafricie ſimplices
Senis oculos. Coarguent nequam ſcio
Tribonium, quaſi egerit iniquißimè,
Factus ſui commilitonis proditor.
Sed ego uirum feciſſe rectè exiſtimo.

Nam te infidelem hero eſſe, quo ſeruo malo
Sis propitius, non conuenit, minime expedit.
Crepit oſtium, uidebo clam quis exeat.

ACT. 3. SCE. II. Trimetri ut ſuperiores.

Colax. Comaſta. Cometa.

PArare uina animos ſolent (quemadmodum
Cecinit poeta) ſed mihi ſecus accidit.
Quantumlibet uentrem meum uino oppleam,
Nihilominus labaſcit animus impotens,
Et propter aduentum ſenis cor palpitat,
Nutant gradus, artus tremunt, pallent genæ.
Sed & pauor ſubitariam urinam exciet.
Papæ, malo omine auſpicatus ſum diem hunc
In foribus eſt malum. Come. Quid occipit loqui hic
Sceleſtus? Col. Heus Comaſta, te uolo adeſdum.
Coma. Vt hic (Hui.
Nequiſsimus bacchatur, ecquid eſt? Col. Malū. Coma.
Col. Perimus. Coma. At ſeruamur inquam. Col.
Hem me, Coma. Quid eſt?
Col. Vbi tranſij limen domus, in culmine
Sedit ſiniſtræ clamitans minaciter,
Roſtroq́; te glas uellicans cornix. Quid hoc
Portendit aliud, q̃ quòd aut mea, aut tua, aut
Vtriuſq; noſtrúm uellicanda ſit cutis?
Coma. O timidiorem lepore. Num cornicula
Te terret unica? Nec corax, nec noctuæ, aut

Corni-

Corniculárum mille me deterreant.
Adeon' ſuperſtitioſus es, ut anilibus
His fabulis attonitus expaueſceres?
Ades, fruere præſentibus, futura namq;
Incerta ſunt, redi. Col. Redibo, at palpitans.
Certè hoc uiro haud in orbe confidentior,
Qui homines ueretur neutiquam, nec percita
Ira expaueſcit Numina, at uiro obſequar.
Come. Niſi durius Comaſta ſit coercitus,
Res noſtra peſſum ibit domeſtica, quoniam
Hoc homine confidentiorem neminem
Puto eſſe in hoc loco, nec uſquàm gentium
Mediusfidius ipſe Paraſitus iuſtus eſt,
Si conferatur œconomo. At ego nunc ſequor,
Clauſum oſtium eſt; ualidiſsime pulſauero.

ACTVS. III. Scena. III. Senarij.

Cometa ſolus.

HEus heus, quis intus eſt? quis aperiet oſtium
Ohe, domus plena eſt ligurientiũ, (hoc?
Bacchantium quoq;, & meretricantium.
Nemo audit. Ecquis aperiet mihi oſtium hoc?
Merimne, Dætre, Trypte, Triboni. Nullus eſt?
Vt nulla deferentium ſuſpicio ſit,
Validius aliud oſtium pulſauero,
Pœnitiſsimum quod ducit in domus locum. Heus,
Recludite heus. Nec uox ſonat, nec ſenſus eſt.

Quid ah Dij ueſtram fidem, quid agitur hic?
Clamo, reclamo, pulſito, repulſito,
Vt non modo poſtes quati, ſed & domus
Nutare fundamenta uideantur, nec eſt
Qui exaudiat, reſpondeátue, at una uox
Eſt omnium bacchantium & heluantium.
Riſus, iocus, feſtiuitas tractantur in
Penetralibus. Comaſta hero inibi herilior:
Vocabo tandem ex nomine. Heus Comaſta. Ohe
Exaudiunt, nam muſsitant, ut muſculi
Taciti ſilent. Prorumpet huc foras latro
Furibundus ac temulentus. Atqui nondum adeſt.
Quid nunc moratur? At nihil non ſuſpicor.
Num ſcorta clam eijciet per abdita? Neutiquam.
Nam audentior, pulſabo adhuc. Comaſta adeſdū,
Adeſdum, adeſdum. Quid moraris flagrio?
Non dubito quin me rideat, ea præditus
Petulantia eſt. Conuitio iritandus eſt.
Exi è latibulo maſtygia citus foras.
Egredere pernicies herilis ædibus.
Exi è culina nidor. Ecquid adhuc lates?
Quin aduolas? His credo prouocabitur
Sermonibus.——————

ACT. III. Scena. IIII. Senarij.

Comaſta. Cometa,
Quid hic tibi clamatio eſt

Pro his ædibus ſcelus? Putas uerſarier
Ruri, tuóue in ſterquilinio ſordido?
Abi frutex, abi, recede à ianua. Come. Heu.
Coma. hoccine uolebas? Com. heu perij? qd uerberas?
Coma. Quia lubitũ eſt. Come. Patiar. Sine, adueniat
Senem ſine aduenire, quẽ abſentẽ comes. (ſenex.
Tu urbane ſcurra, libidinum fomes, mihi
Rus obijcis? Poſt pauculas horas caue
Numerum in crucibus arentium ruri auxeris.
Nunc dum tibi lubet & licet, bibe, perde rem
Domeſticam, corrumpe herilem filium.
Meretriculas accerſe, paſce inertium
Gregem heluonum, unà age pollucibiliter.
Totos dies noctésq; pergræcamini.
Iſthac ne mandauit tibi, cum abijt, ſenex?
Hoccine ſtatu offendet repoſitam rem ſuam?
Hoccine boni ſerui eſſe officium exiſtimas,
Vt filium corrumpat abſenti patre?
Corruptum eum duco, dum ijs ſtudet artibus,
Quibus eruditur ex magiſterio tuo.
Coma. Quid tibi (malũ) dic qd ego agã curatio eſt
An non tibi curanda ruri pecora ſunt?
Potare, amare ſcorta ducere animus eſt
Mei ſit hoc tergi, haud tui fiducia.
Come. Quã audacter inter pocula modo perſtrepit.
Coma. Te Iuppiter perdat, Dijq; omnes. Abi

Tetrum allium Germana colluuies oles.
Come. Non omnium eſt unguenta olere exotica,
Neq; ueſcier tecum opiparis dapibus. Tibi
Tuos habeto turtures, ficedulas,
Paſſerculos, & id genus alias aues.
Sine me alliatum, & fruge contentum mea,
Fidum eſſe hero. Sis tu beatus, ego miſer.
Coma. Bene imprecaris id quod eſt digniſſimum.
Decet me amare, & te bubulcitare, me
Quoq; uictitare ſplendidè, teq; miſerè.
Abi, caue moleſtus eſſe; rus abi.
Come. Non ceſſero poſthac, licet modo oporteat.
Coma. Sapit, aufugit, neq; quod loquor flocci facit:
Nam abactus eſt, exploſus eſt. Sed nos quid his
Sordibus inexpectatus obruit? An hero (id
Quod ſuſpicor) doloſus explorator eſt?
Væh tergori, uæh gutturi meo. Attamen
Hic cæcior talpa, atq; pilo obtuſior,
Vt atrum ex albo uix queat diſcernere.
Hominem probe deludam, herus ſi reſciat,
Nihilq; in his non comminiſcier licet.
Regrediar intrò, ſint ſuæ curæ omnibus
Curantibus. Quid hui, quid intus eſt tumulti?
Inclamitant Diuos: atat quid hoc mali?
An (ut aſſolet) ſit pugna pro mulieribus?
Celerius hæc dirimenda, ne gliſcat malum.

Actus

ACTVS. III. Scena. V. Trimetri.

Cometa ſolus.

QVid concito curſu in domum irruit latro?
Quid eiulatio, atq; deprecatio
Cruciumq́; uerberúmq;? Per poſticulam ne
Herus, hos ut inopinatus in facto opprimat,
Ingreſſus eſt? Suopte more neutiquam.
Reuortar hac, fors & mihi indignabitur,
(Si intus ſiet) quòd tantum huic dederim λόγων
Spurciſſimo. Ipſus eſt ſenex, mirum quidem,
Qui tantum itineris menſus eſt hora breui.
Vrgebat hercle negotium, quod & addidit
Vires ſenectuti. Ipſus eſt certo ſenex.
Nam amarulentis gemitibus uox illius
Singultit, & Philæcij uox acrior.
Eccas, propelluntur foras Margænium &
Planeſium meretriculæ, & iuuenculus
Aſotus indomitus, utriſq; luctus eſt.
Procedam ut audiam, atq; conſulam probè
(Si quiuero) bonæ adoleſcentis indoli.

ACTVS. III. Scena. VI. Senarij.

Margænium. Planeſium. Aſotus. Cometa

HEu dura fors. Pl. Heu me miſerrimã, ò dij, ut
Fœdata cutis, & puluere obſita. Aſ. Ah dolor.
Mar. Quid oblitã iſthanc puluere ingemis? Vide ut
Mea tumida eſt, liuétq; uerberibus cutis.

Nec me

Nec me piget pudere, nec ſordere, nec
Plagarier, tuo præ amore mel meum:
Te pudeat ob puluiſculum, qui adhæſerit
Veſtitui, aut cultum imminutum conqueri.
Pla. Quis neſcit, hac quòd uoce ſuggilles meum
In amicum amorem? An modo ſibi te elegerit,
Ductauerit, & amauerit? Sile olida ſus.
Mar. Quin tu ſile cloaca, ſusq; morbida,
Cui, præter hanc frontem, femur, latus, inguina,
Et corporis alia membra purulenta ſunt
Infecta morbo, qui ſolet celarier.
Pla. Tun' audeas me morbidã? Mar. Quin audeam?
Veneficámq;. Pla. Me ne dices morbidam,
Veneficámq;? En morbida hæc uenefica, hæc
Te his uerberat pugnis, & ungue uellicat.
Mar. Id neutiquam impunè egeris. tu fœdior
Quouis cadauere, atq; ſceno obſcenior,
Tu cæderes? Sic diſce pugnis cædere,
Sic diſce pugnis cædere, ſic uellica.
Come. Non eſt quòd uſquam gentium intuerier
Malim: calyptra, pepla, uittæ deuolant.
Paſſos capillos manipulatim uellicant.
Hic ludus eſt planè meretricius. Adit
Aſotus, huic uidero quid horum curæ erit.
Sequeſter eſt profectò, prælia dirimit.
Aſo. Nolite rogo me propter altercarier,

Nam

Nam utraq; mihi ut pulcherrima, ita chariſsima eſt
Faxo in malis ſociæ, & bonis fruamini.
Mar. Men' illa cæderet? Pla. Tibi ero ludibrio?
Aſo. Quieſcite, etſi cœpta noſtra negotia
Turbata ſunt, fortuna tandem ſi uolet,
Meliora erunt: Mihi à patre recedendum erit,
Qui offenſus his grauiſsimè, pœnas graues
De ſingulis ſumpturus eſt, in me quoq;
Forte omnium grauiſsimè animaduorterit,
Si in ipſo ei primo furore occurrero.
Valete amiculæ. Mar. Vale longũ. Pla. Vale.
Come. Aſote Aſote. Aſo. Quis uocat? Come. quin re-
Me ſequere, ut animi cauſa eam' quolibet. (ſpicis?
Aſo. Nõ ſequor. Come. Turbatus eſt. Heus te ſequor.

ACTVS. III. Scena. VII. Iambici tetrametri.

Eumenius. Thryptus.

HEus Thrypte, ſellam profer, ut laſſus quieſcam, nam domus
Infuſa baccho odore longe olet teterrimo
Epulantiũ bacchantiúmq;. Proh dolor, quod in hoc mea
Congeſſerim bona, ab improbis ut edantur his hirconibus
Meretricibus, ſcortantibúsq;. Proh dolor, quod hæc domus,
Quã ſemper hactenus ſcholam fuiſſe uirtutũ liquet,

In ganeum atq; proſtibulnm conuerſa ſit. Quando quidem,
Niſi modo reſciſſem, filio labem intuliſſent maximã.
Hoccine fidelium eſt opus ſeruorum, herilem filium
Abſente hero corrumpere, ſupellectilẽ peſſum dare,
Cæſis domus meæ uel expulſis probis uernaculis,
Ductare ſcorta, accire lænones, gregémq; inducere
Paraſiticum, & per furta rerũ creditarũ ſingulos
Opplendo paſcere? An hæc quieto mihi animo fe-rendæ ſunt?
In hunc ne ſceleratũ gregem animaduortero? Haud parcam. Puer
Fer ocyus ſellã, ut quieſcã, nam oppido laſſata ſunt
Membra mea ſtando, reſtitãdo, eundo, redeundo die
Toto. Haud fuit ſpaciũ quieti uel minuto temporis.
Thr. En ſella adeſt here poſtulata, ſede, quieſce pau-lulum.
Vin' adferam quo prandeas parum cibi & potus? Eu. Mane.
Thr. Præterijt hora prandij. Eu. Scio mi puer, ſed hoc die (pios
Neq; pane ueſcar, nq; bibam uinum, priuſquã in im-
Therapontas animaduorterim. Producite illos huc foras
Lorarij, quo iuſſerã intus ordine. Producie. Thr. heu

Actus. III. Scena. 8. Octonarij vt ſuperiores.

Lora-

Lorarij. Eumenius. Comaſta. Dætrus. Colax.

VTi iuſſeras, Comaſta adeſt domine, tuo diſcrimine aut

Plectendus, aut ſeruandus. Eu. Hem, quid auſus es

Contaminare ædes meas nefande ſpurcitie tua, &

Scortis tuis, cædere familiam pro tua libidine,

Præterq; abuſum filij, furarier, baccharier,

Scortarier quoq;, & nihil ſceleris pudēdi omittere.

Quid poteris his pretexere? Eloquere, quid obmuteſcis? &

Quid concidit uultus tuus? quid muſitas? reſponde. Com. Ita

Quia libitum erat. Eu. Hæc uerba nō ſunt, quæ mereri gratiam aut

Veniam queant, ſed irā & indignationē prouocēt.

Coma. Iniquitas mea maior eſt, quam ut fata mortis deprecer

Eu. Te ſerue nequā ex ore proprio iudico. Ob ſcelera tua

Penésq; noſtra in mancipia proterua priuilegia,

Te morte dignū, téq; plectēdū horrida pœna crucis

Pronūcio. Clāgat tuba. Cō. heu, ſic ſeparas me ama-

Lor. O domine flectere. Eu. Apagete. Sin (ra mors? abducitis, periſtis. Huc

Adducite alterum, uolo etenim omnem ſemel domū meam

Purga-

Purgarier. Lo. Preſto eſt here, hunc uin' ad phyla-
cam trudier?
Vin' ulmeis aut taureis cædi? Eu. Vlmeis aut taureis
Mille crucibus digniſsimum? O trifurcifer, quin tu
mihi (malo
Morem geris? Quouſq; ad oculum ſeruies? Mauis
(Cũ deprehẽdi nõ times) ſeruo obſequi, q̃ hero tuo?
Quouſq; hypocrites eris? Quouſq; mente ſubdola?
Dæt. Verebar here, ne uapularem haud obſequendo.
Eu. Non times
Inſane eum, qui carceri te perpetuo adigere poteſt,
Ipſaúe morte tollere? At uentri ſtudes, facile times.
Et iſthic abductus ſiet per compita omnia, ac fora.
Inſignis hac qui dignus eſt furca, hinc phylacæ in-
nectite,
Donec ſciam, qua afflictione inſigniter multabitur.
Procedat & Colax uorax, qui præter id quod edit ac
Bibit, arietẽ ualidũ intulit quoq; caſtitati. Accede tu
Quoq; bone uir. Quid iuris eſt tibi aut rei in domo
mea?
Col. Nihil. Eu. Quid ergo abſente me iſthanc ingre-
di præſumpſeras? (ducite
Col. Adegit huc me uenter Eumeni faméſq;. Eu. Ab-
Scapuláſq; flagris cædite, ac dimittite. Col. Et qui-
dem ſat,
Digné, ut luant ſcapulæ, quod antè uenter hic pecca
uerit

uerit.

Eu. Iam ſontibus plexis malū non paruum adhuc reliquum eſt, mei

Gnati periculū iunioris, nam beat me neutiquam.
Quod iniquus æqua paſſus eſt, at ꝑditus quod filius,
Id peßimè me habet. Ibo, & in morem ingemiſcens turturis
(uagum
Contabuero miſerûm omnium miſerrimus, donec
Poſt furta, ſcorta, libidines, ad ueritatis tramitem
Reduxero. Ite pueri, Aſotū quærite, ut compareat.

ACTVS. III. Scena. IX. Senarij.

Philætius. Aſotus. Cometa.

QVo perditus ſe proripit frater meus?
Moratur hūc pater, familia quæritat.
Sed eccum adeſt, frugi comitatus uillico.
Fruſtra monet, fruſtra obſecrat, ſcio perditum.
Rigore agendum cenſeo, obiurgabo eum,
Et ut meret durißimè increpabo eum.
Quid frater eſt, quod poſt tuam inſolentiam,
Temulentiam, petulantiam, laſciuiam,
Poſt ducta ſcorta, poſt domus rem perditam,
Adhuc patris te ſubtrahis conſpectui?
Horum omnium non te pudet? Non pœnitet
Mitem patrem iritaßè tantis ſceleribus?
Aſo. Pudet, pigetq́;, & pœnitet. Phi. quin ergo ades,
Quo patris iram mitiges modeſtia?

Quid

Quid iners foris uagaris, aut turpia leuis
Leuiſſimorum ſequere contubernia?
Quid otioſus otioſa amplecteris?
Quid operi alicui te domi non applicas?
Iam complices pœnas dedere tui, cruci
Comaſta iam ſuffixus eſt, Petrus quoq;
Fortaſſe ſubrigendus eſt, Colax flagris
Acerrimis laceratus eſt. Tu ſolus es
Cui parcere pater optimus deſyderat,
Et adhuc iners uagaris, atq; in otio
Tempus teris. Quouſq; abuteris patris
In te, & mea patientia & clementia?
Aſo. Hem, ſat λόγων, pudet, pigétq;, & pœnitet,
Quod noſtra propter contubernia hoc die
Offenſus eſt pater meus, quæ ego non tamen
Inſtruxeram, nec me ſciente inſtructa ſunt.
Sed inſcius quæſitus, ultro & accitus
Sum, cæterum neq; tua uorata nec patris.
Ex integro ſubſtantia eſt. Porrò argui aba
Te indeſinenter otij atq; inertiæ
Tædere iam cœpit, nec amodo perferam.
Num tu mihi præfectus, aut didaſcalus?
Si deprehendat in facinore me pater,
Redarguat, me corrigam, aut tolerauero.
Abs te recuſo uel argui uel corrigi.
Curare deſine quod tua non intereſt.

Phi.

Phil. Non intereſt mea? Diu noctuq; qui
Duris patri laboribus te deſide
Inſeruio? En callent manus, rigent pedes.
Curuatur oneri dorſum, anhelat hoc meum
Pectus, gelu urit & æſtus hoc ſqualens caput.
Tu contrà inerti ſemper otio uacas.
Tu ſuauiter, tu delicatè uictitas,
Inſtarq; ſcorti molliter: haud mea intereſt?
Aſo. Quid agam ſcio, ſi pergis hoc modo loqui.
Phi. Fac quod uelis. Aſo. Abiuero. Phi. per me licet.
Aſo. Tu rus abi ſycophanta, abi in malam crucem.
Phi. Cometa ſequere, actum eſt de eo. Come. Heu
Phi. Sequere ad forum.
Videbo quanti grana ueneant. Come. Sequor.
Aſo. Ille abijt, ego rectà ad patrem proceſſero,
Omnémq; rem, quæ ad me attinet, petiuero.

ACTVS. III. Scena. X. Senarij.

Eumenius. Aſotus.

VT is beatus eſt pater, cui contigit
Generare prudentes probóſq; liberos,
Ita eſt profectò miſerrimus, qui aut improbos
Fatuóſue conſecutus eſt. Id proh dolor
Iamdudum ego experior meis in liberis,
Suſcepi enim ex uxore filios duos,
Quorum alter eſt frugi nimis, q̃ expedit

Aequi tenacior. Laborioſus is
Quidem, & utilis, ſed admodum moroſus eſt.
Porrò alter ut iunior, eo eſt dementior.
Nam ad otium, luxum, iocum eſt propenſior.
Sed eccum adeſt, tumens quaſi ira percitus.
Habet profectò neſcio quid incommodi,
A fratre forſan increpatus durius,
Cui lenius q̃ meritus eſt loqui expedit.
Aſo. Salue pater. Eu. Mi gnate ut eſt? Rectè omnia?
Aſo. Etiã, ſed eſt quod te uolo. Eu. Auſculto libens.
Aſo. Ne deneges mihi iam quod abs te poſtulo.
Eu. Quid id eſt? Quid id celas? Adeſdum, dic patri.
Aſo. Da mihi pater partem meæ ſubſtantiæ,
Quæ hæreditario mihi iure obuenit.
Sine me inſtitutis proprijs iam uiuere.
Eu. Quid gnate mi? Quid in me diſplicuit tibi
Obſecro, ut hanc rem poſtules? Aſo. Nihil pater,
Fratrem tamen mordere me palàm, & alios
Mihi inuidere clanculum, non perfero.
Eu. Animæquior gnate es, boniq; conſule
Quod in tuam rem à fratre dicitur tibi, aut
Abs quolibet. Non rancor iſtius rei
Eſt ſeminarium, ſed ipſa charitas.
Laſciuiam fuge & otium, curato rem
Domeſticam, fratri ades in agro, in uinea,
In ædibus: uoto pari, ſi nequeas

Pari

Pari labore aut uiribus. Ne iungere
Potantibus, ſcortantibus, uoracibus,
Rapacibúsq;, & id genus nihili uiris.
Te tempori confer domum, mecum quoq;
Conſiſte liber in ædibus. Ne te ſinas
Obſequio, & arte ſubdola meæ domus
Seruorum ad improba pertrahi, ſed moribus,
Sermone, geſtu, actúq; liberalibus
Præſtare cunctis nitere, quibus imperas.
Hæc tibi perennem gloriam, hæc tibi commoda,
Hæc tibi uoluptatem omnium pulcherrimam
Parauerint. Hæc facito, & in te ne quidem
Catellus unq̄ mutiet, ſed omnibus
Habeberis charus, patri chariſſimus.
Aſo. Ne *uerba mihi, morámue feceris pater,*
Præcide funem, amitte, iacta eſt alea.
Eu. In *maximum dabo tuum tibi malnm.*
Olim ſcies, cum te inſtruet uexatio,
Quàm exegeris temere tuum patrimonium.
Mecum ingredere, quo fuſius tecum loquar,
Et portionem, quam requiris, ſupputem.
Eheu miſer. Aſo. Ne *lachryma pater, ſequor.*


ACTVS. III. SCEN. XI. Dimetri.

Belial. *Aſtaroth.*


HAbahe, *quid uſquàm lætius*
Terra, mari, cælo, ſolo, aut

Apud inferos mihi accidit?
Aſt. Quid Belial adeptus es,
Solito quòd es iucundior?
Bel. Per Cerberum tu bardus es
Non hanc uides pulpoſulam
Feram incidere griphis meis?
Aſt. Gnatum Eumenij uis dicere?
Cui hæreditariam pater
Rem diuidit? Bel. Volo: Aſt. Video:
Bel. Viden' capaces ſacculos,
Magnámq; uim pecuniæ?
Aſt. Quin uideam? Et auri plurimum.
Bel. Vidés ne ut inhiat filius
Hæreditarijs bonis?
Aſt. Video, atq; plenis lancibus
Pendit pater gnato ſuo
Auri talenta plurima.
Bel. Dum appenderit, numerato ea,
Auidiq; Aſoti uncas manus
Ad inuolandum reſpice.
Aſt. Quintum pependit. Bel. Prouide
Ne errès in aliquo calculo.
Si non uelis ſtygos ignibus
In tartaro punirier.
Aſt. Non erro, decimum ponderat,
Grandémq; ueſtium puer

Parat expeditus ſarcinam.
Bel. Vide ſis. Aſt. Video, iam appenſa ſunt
Auri talenta quindecim,
Argenti & addit ſacculos
Duos probati ponderis.
Age dice quid factum uelis.
Bel. Ponamus undiq; laqueos,
In ganeis, in compitis,
In œnopolio, in foro.
Abſconditi inſidiabimur.
Non poterit hæc pecunia
expendier ſine fœnore.
Satana uafrum te exhibe.
Aſt. Ero fortiore fortior.
Latebo in œnopolio.
Tu ganeum tuum occupa.



Seruum fidelem hero decet Rem creditam tuerier,



Vigilē, modeſtū, ſobriū, Abſentem herū morarier.

Chorus

Chorus, Verſu Iambico dimetro.

SEruum fidelem hero decet
Rem creditam tuerier,
Vigilem, modeſtum, ſobrium,
Abſentem herum morarier.
Inutilis contra ſolet
Peris morante hero interim
Domeſticam rem perdere
Domeſticosq; cædere.
Quicquid fidelis congerit,
Id infidelis diſsipat,
Abſente hero uentri, gulæ, &
Veneri nefandæ deditus.
Quapropter is, qui frugi erat,
Redeunti hero laudandus eſt.
At improbus uel in crucem
Vel in phyſicam agendus eſt.
In rebus itaq; proſperis
Licentiam ſuſpectam habe,
Et in omnibus, quæ impune agis,
Finem ſubinde reſpice.

ACT. IIII. SCEN. I. Iambici trimetri.

Merimnus ſolus.

COmaſta, quo ſuo uacaret luxui,
Vtrunq; noſtrum amiſit ad uiuarium

Pro irretiendis piſcibus, ut eum Deus
Fidelium pius arbiter redarguat.
Profectò me piget, pudetq́; ignauiæ,
Quòd ambo ceſſ neutiquàm reſtiterimus:
Malo igitur inſperatus hoc die domum
Reuertier, quàm craſtino quo iuſſerat,
Ne me infidelitatis arguat ſenex.
Qui (cum ſciam uirum infidelem in omnibus)
Aedes timore uerberum reliquerim.
At ſuſpicor quòd iam me herus præuorterit,
Et in improbum famulicium animaduorterit.
Quòd non rediſt, ut dixerat, Tribonius.
Dij boni quid cerno? Nunquid ex cruce
Comaſtam heri promum atq; condum penſilem?
Heu domine Deus, ut eſt ſubito mutata ſors.
Vt grauiter omnium uirûm mitiſsimus
Eumenius animaduortit hunc in noxium:
Quid ego iam agã? Quo me miſer uertã? An domũ
Ingrediar? An foris morabor, dum parum
Herilis ira refrixerit? Paueo admodum.
Quin tuta pertimeſco cuncta, & horreo.
Sed commodum, ſtrident fores, uidebo clàm
Ab angulo quis exeat. Cum Pægnio
Aſotus eſt, peculiari ſeruulo.
Libet mihi obſeruare, quid uel egerint,
Vel dixerint.——————

ACTUS III

Microfilm is defective here.

Qui nil boni ſocors patrauit hactenus.
Mer. Velim tamen per te pater reſciſcat hæc.
Phi. Sciet profectò haud abſq; pœnitudine,
Si totum ei peculium donauerit.
Mer. Quæ à patre facta neſcio, at quid dixerit
Aſotus, & quid egerit, ſcio. Phi. Quidnam id eſt?
Mer. Nactus peculium (inquit) ad meam
Sententiam. Genio obſequendum cenſeo;
Venerìq;, & id genus alia, quæ ad luxum attinent,
Quæ ut præteriſſet, uentus abſtulit auribus.
Phi. Quid audio? Me. hoc quod dico, & audi cætera,
Nam multa conuaſata (neſcio quæ) in domum
Meretriciam portarier curarat, &
Secutus eſt. Culpandus haud tamen eſt pater.
Phi. Non eſt? Mer. Profectò nõ, ſed admonẽdus eſt,
Nequo modo iuuenem fuga labi ſinat.
Phi. Curabitur, non abſq; pœnitudine.
Sic noſtra ſint tradenda ſcortatoribus?
In hoc laboratum atq; ſudatum hactenus?
Obtruſero hæc, ſi uera ſint. Eccum procul.
Tu abi domum, ſtude parandis piſcibus.

ACTVS. IIII. SCE. IIII. Trimetri.

Eumenius. Philætius.

Miſer ædepol ſtatus parentum eſt omnium,
Qui enutrierunt obſtrepentes liberos.

Phi.

Phi. Iſthuc quidẽ uerũ pater. *Eu.* Tam propè aberas
Fili? *Phi.* Pater aderam increpaturus graue.
Eu. Ob quã meã culpam? *Phi.* Quòd indignũ quidẽ
Vita, data pecunia dimiſeris.
Scortatur, eſt, bibit uolupe, totus perit.
Eu. Miſerrimum ſenem, enecas me hac fabula.
Phi. Merere tu quidem pater, neq; fabula eſt
Tu uere enim ſpoliando nos, dementiæ
Illius interitum addidiſti. *Eu.* Quid agerem?
Tua & illius defuncta dudum mater eſt,
Rem poſtulabat propriam culpanda eris
Hæc mea benignitas? Vide ne tu magis
Sis noxius rigore quia adoleſcentulum
Quia noluit flecti, obruiſti durior.
Hinc lachrymæ, hinc ſuſpiria, hinc mihi iam ſeni
Nece amara amaror amarior. Spero tamen
Quòd reſipiet tandem. *Phi.* Attamẽ nõ ego quidẽ.
Eu. Reuertor intrò, uti uideam quid facto opuſt.
Phi. Vt uideo delirat ſenex. Cometa ades,
Vt uel aliquis prudentiæ locus ſiet,
Rus ibimus, nam res probè domeſticas
Tribonius reuerſus (eccum eum procul)
Recturus eſt.

ACTVS IIII. SCEN. V. Trimetri.


Tribonius. Aſotus. Margenitẽ. Planeſiũ. Thryptus.

Nunc


NVnc in phylacam truſus eſt
Pætrus coquus: nūc in malam merito
Deterrimus ſubrectus eſt Comaſta, ſed (crucē
Nunquàm quieſcet mens ſenis, niſi filius
Reductus ad frugem ſiet. Sed eccum eum
Quem in compitis & ganeis quæſiuimus.
Clam obſecro moremur, ut intuamur exitum.
Aſo. O Hercules, quam eſt illa uita ſuauis, &
Beata, quæ nullis coërcita legibus,
Suæ uoluptati, ſuiſq; amoribus
Paret, nutritur, paſcitur, cui affatim
Aes ſubrogat crumenula, ætasq; Venerem.
Fruere anima iis quæ parta ſunt, dum fors ſinit,
Dum luce uitæ ueſceris, donec licet
Id quod libet. Iam eo naue adepta ad turtures
Meas, meos paſſerculos, mea ubera
Nihil moratus appeto, dudum quibus
Mandaueràm cœnam apparare, uidebo quid
Agant. Sed eccas, utraq; fertur obuia.
Me quæritant. Pla. Animule Aſote, quin uenis?
Nulla abſq; te domi uoluptas eſt, neq;
Sine te aliquod eſt ſolatiū. Mar. Quid Aſote id eſt?
Te ocelle iamdudum moramur, omnia
Quæ ad Venerē & ad gulam attinent, parata ſunt.
Aſo. Adeſte delitiæ meæ, ò Planeſium
Suauium meum, meumq; corculum

Mar.

Margænium. Mar. Complectere. Aſo. Facio lubens.
Pla. An præteris me? Aſo. Neutiquam mea animula
Planeſium. Vltro huc uſq; tendo ad uos iter.
Iam uero eamus, ut cuticulam molliter
Curemus, & fruamur optatis diu
Complexibus. Pater gemit, frater fremit,
ſed id omne diſsimulare oportet amodo.
Pla. Gemat ſenex delirus, & frater fremat,
Se torqueant, ſe mordeant, ſe deuorent.
Cum illis tibi obſecro quid eſt negotij?
Valeant graues curæ, atq; frontem exporrige.
Mar. Facile domi tibi omnium horum obliuium
Induxero, introeamus. Aſo. Ite, Ego aſſequor.
Mar. Haudquaq̃, utrinq; prehende nos, & ducito.
Aſo. Eſto, ſed agite concinamus. Mar. Ita placet.




Fœlices quibus obtigit Sors nec dura nec infima,
ſed ampliſsima & inclyta. Quis fauet Venus aureis



Laſciuire cubilibus, Tranquillaq; cum amiculis

Con-



Conſuetudine perfrui.
Aſo. Fœlices, quibus obtigit
Sors nec dura nec infima.
Sed ampliſsima & inclyta:
Quis fauet Venus aureis
Laſciuere cubilibus,
Tranquillâq; cum amiculis
Conſuetudine perfrui.
Tri. Audis ne Thrypte, ut nequiter ſibi uendicat
Aſotus Euripidis hanc puriſsimam
Hei cantilenam, peſsime uerba uitians,
Senſumq́; corrumpens? Th. Capio ſed abs te ego, ut
Poëta cecinit geſtio audire. Trib, Audies
Modis Eraſmijs, metróq; glyconico.
Fœlices, quibus obtigit
Sors nec ſumma nec infima,
Sed ſane modica, & quibus
Caſtos annuit aurea
Nanciſci thalamos Venus,
Tranquillâq; perenniter
Conſuetudine perfrui.
Thry. Pulcherrimè, uide ut improbus proba uitiat.
O quam-

O quantum amaroris pariet hic nuncius
In corde patris, ubi filium reſciuerit
Perire ſcorta tam nephanda, & perdere
Rem hæreditariam. At aperitur oſtium:
Procedit huc ſenex foras, ſilendum erit:

ACTVS.IIII. SCEN. VI. Trimetri.

Eumenius. Tribonius. Thryptus.

Vox cantici me exciuit huc foras, putem
Fœlicitatis quippiam infœlicibus
Fatis meis ea nunciet? Fruſtra putem,
Nam quicquid uſquàm extat mali, in me concidit
Vnum. Sed adſunt pueri, & inter ſe gerunt
Neſcio quid occultæ rei minime integræ. Heus
Quid muſsitatis mutuo? Nolite me
Celare, dum mea intereſt. Tri. Refrrt parum
Tua dolentis here. Profectò cantus hic
Non gaudij, at mœroris eſt, nam herus meus
Aſotus adoleſcentior totut perit.
Eu. Quidum Triboni? Tri. Adheret is ſpurciſsimis
Meretriculis Margenio & Planeſio.
Vidimus eas huic excipi perblanditer,
Affabulari mollius, ſuauiſsime
Quoq; oſcularier. Eu. Quo loci perductus eſt?
Tri. In ganeum ut conijcio, quoniam brachijs
Vtrinq; conſertis eo an perductus eſt,
An duxerit mage concinendo, neſcio,

Id here

Id here fuit, quod me canentem audiueras?
Repetebam enim, quæ is nequiter corruperat
Caſta Euripidis carmina. Eu. Aſt (ut iuſſeram)
Cur non reduxtis perditum, cum occurreret?
Tri. Iam fama publica perſtrepit, quòd te adierit.
Patrimonium petiuerit, receperit.
Emancipatus eſt, & ipſum adhuc uelis
Reducier? Taceo quòd etiam non queat
Inducier, cui tanta cum meretriculis
Et tam arcta conſuetudo ceſsit. Eu. Aſote mi
Mi chare Aſote, gnate mi, quis det mihi,
Vt aurum & argentum meum impendam tibi. &
Impendar ipſe pro tua anima gnate mi?
Ite pueri ad opera uterq; ſua, ego mox ſequar:
Heus Thrypte, curriculum fac ocyus ad forum
Piſcarium, u ideſ quid euectum mari
Quod edat familia piſcium. Accipe hos decem
Denarios, eme quantum opus præſentibus.
Nam quod Merimnus attulit, non ſufficit
Thry. Faciam libens. Ibo, redibo ocyßime.
Eu. Satage, intus eſt quod interim peregero.

ACTVS IIII. Scena VII. Tetrametri

Aſotus. Pægniū. Margæniū. Planeſiū. Ancilla.

I Transfer hæc puer in triremen Aſiaticam. Pe
Quid poſtea?

Aſ. Dices gubernatori, ad horã proximã meme ad
Tantiſp in portu morare, dũ paratus adſiẽ. (fore.
Pæ. Faceſſo, ſed qd de puellis dixero: nũ adduxeris.
Aſ. Adduxero. An tibi excidit qd it⁹ hic decreuim⁹?
Abi ocyus furcifer, & iſthæc in loco apto colloca.
Caue ne carina fœda ſit, neu tecta perſtillantia,
Vbi turturellas has meas iam cõptulas cõpoſuero.
Pæ. Curabo ſedulo. Nũ aliud eſt quod ſtatim factum
uolés, (nihil.
Cũ ueneris: iã præcipe, ut opera una id exigã. Aſo.
Cõptis puellulis meis mox ſubſequar. Vade. P. uale.
Aſo. Heus heus puer. Pæg. quid uolt modo. Aſo. ſta-
bis ne flagrio? Pæ. quid eſt? (nero.
Aſ. Vtres duos cura optimo uino repleri. Pæ. memi-
Aſ. Res poſtularet, ut & parẽti, amiculiſq;, & oĩbus
Mihi familiaribus uale dicam, hora at obſtat ſerior
Nam æſtus maris iam proximuſt', & maxime id ue-
reor, patrem (hent
Si acceſſero, inſtabit prece, inſtabitq; lachrymis, tra
Me proximi, iurgabit & frater, uetabũt ſinguli, ut
Reſilire nequeam. Egero conſultius, ſi ſoluero
Sic clanculũ. Sed quid morantur hæ meæ ueneres?
quid eſt (las,
Quid nõ uenitis? Pl. adſumus. Defer puella crepidu-
Sãdalia, armillas, calyptra, chirotecas, uitculas,
Flabella, amomũ, galbanũ, ſtoraca, thus, & reliquũ

Nudē utriuſq; noſtrū, et almæ Veneris incit...
An. Hem, cuncta ſerupiclo ſub hoc locata ſunt: nu...
aliud iubes? (Cen...
Pl. Faxis ſuppellex reliqua mūditer uſq; ſeruet...
Ne quēpiā introduxeris ſine fenore. An. obſequ...
mi hera. (Cu...
Pla. Videſis, priuſq̄ libra noctē cū die æquet, ader...
Aſ. Vos tandē adeſte: quid moramini? annus eſt...
comitur. (ſtic...
Mar. O mea uoluptas adſumus tandē: quid oro tri...
Videre? quid habes anima? Pla. Aſote túne amab...
triſtis es? (patr...
Aſo. Nequaquā. Id unū me mouet, quòd inſalutato
Amiculiſq; proximis abiuero. Pla. Valeant grau...
Curæ. An tibi eſt q̄ nos ſum⁹, ꝓpinquor? Tu nos qu...
Materculas, ſororculas, uxorculas, amiculas (d...
Habebis uſq;, tū domi tum foris, & intra cubiculū
Faceſſat omnis mœror, à nobis uoluptatē accipe. M.
Mi Aſote amor me⁹, meū pectuſculū, nūc obſecro ad
Nauim alacriter ꝓperemus, omniū ꝓpulſaturi tibi
Curarum amaritudinem, ludis, iocis, & oſculis:
Dehinc perennibus in Aſia complexibus. Aſo. O mea
gaudia (Nunc eſt
Nō poſſum enim quin gaudeā præſentibus uobis,
Vllus iam amaritudini cuiquā locus mea gaudia
Eamus ultro ad mare, ſoluturi ocyus. Vini optimi

Ferrē

[illegible] in aſcopã iuſſi [illegible]. Valeat pater
Valeat Philautus tenax, valeant amici cæteri.
Noſtros amores exigamus ſedulo. Pla. Concedimus.

Actus. 4. Scen. 8. Tetrametri, vt ſuperiores.


Eumenius. Thryptus. Philetus.

Quã ẽ anxiũ pect⁹ parẽtũ, liberis q̃ maleuolis
Priuisq; conſultũ nolũt. Id ipſe iam annis pluſculis
Experior hoc in filio, qui iam ſuam ſubſtantiam
Popoſcit, accepit, abijt, necdum reuerſus. Ferunt
Alij meretricium ſibi concire contubernium.
Alij fugam moliriter prænunciant, alij aliud
(Neſcio quid) ad noua profecto calamitatis initiũ.
Iã ueſp. pximus eſt, fuat ſi ſpes aliqua, mox redierit.
Occurrit ecce Thryptulus, præter ſuũ morẽ quidẽ
Iam ſerius redit. Quid eſt inepte quod tã ſero ades?
Iã ueſp eſt, cœnãq; coctã oportuit. Th. Nõ Eumenĩ
Sit iræ & indignationi nunc locus, ſed luctui.
E. An tu nouũ mihi calamitatis feres genus? Th. fer ã
Eu. Noli puer celare me, dic abſq; hypocriſi, qd eſt?
T. veni in forũ piſcariũ, hos emo pauculos piſces, qa
Alij ferè diſtracti erant, procedo mox ad portũ, uti
Siquid maritimorũ mare piſciũ attuliſſet cœmerẽ.
Eu. Quid poſtea? breuiter id quod dixeris. Th. breuiſſime.
Dũ ſollicitus et huc & illuc p mare et portũ feror,
Pegniõ Aſoti adeſt puer, uidulũ gerẽs marſupiũq;


Et aſcopas uini duco. Quò fers rogo iſta? Quò libet
Mihi inquit. Haud dubitū eſt, quòd ad naues. Vbi in
quam Aſotus eſt? forū,
In baſylica, inquit, obābulat. Curro illico & luſtro
Et baſylicam totā, at nec uni uiſus eſt. Vt conſpicor
Mihi data uerba, ꝓripio me in ganeū ad Margeniū:
Rogo ſi Aſotus intus eſt, refert puella abiiſſe cum
Margenio & Planeſio ad portum, ſoluturū illico,
Et nauigaturū in Aſiam ſpe remora. Mox denuo in
Portū ꝓpero, ſi fors queā ad te nactū herū reducere.
Sed heu laboratū hactenus fruſtra eſt, nā ut in por
tum irruo (bi
Soluta in altū cernitur progreſſa nauis. Eu. Qui ti
Certū eſt eā intrauiſſe filium meū? Thr. Stabāt ibi
Pleriq; qui uale ultimū dixere Aſoto, & proſpere
Ei imprecātes publice denunciabant omnibus. Phi.
Valeat iners. Th. tun' hic eras here? rus te abiiſſe cre
didi, (ui procul.
Ei ante craſtinū haud reuerſurum. Ph. omnia audi
Nā cū uiderē te è foro diſcurrere, hæc mihi incidit
Suſpicio. Cometáq; miſſo, te ſequebar eminus.
Pereat iners, q̄ nil domi unquā geſſit utile uel ꝓbū.
Eu. O durā & aſperā nimis mentē tuā, cui nō dolet
Fraternus interitus. Abite et edite. P. Nō libet mihi.
Præmiſi in agrum uillicū, quē nō uolo fraudarier:
Rus abeo, ut inſtaurē quod hoc die aut omiſſum aut
perditum

perditum eſt.
Perire adhuc ſatius puto fratrē, quā addeſſe inutilē,
Tametſi pater reclamitat. Valeat iners. En. quiſnā
dabit
Capiti meo fontes aquarū ut lachrymer, noctu fleā:
Diu fleam, ſemper fleam: te fili Aſote perditum?

CHORVS. Iambico dimetro.



Ars, cura, mos, induſtria Eſt omnibus meretriculis,



Tantiſper adoleſcentulum Lactare dū pellexerint.

ARs, cura, mos, induſtria
Eſt omnibus meretriculis,
Tantiſper adoleſcentulum
Lactare dum pellexerint.
Tantiſper adoleſcentulum
Amant fouentq; lubricum,
Dum poßidet quod porrigat,
Et porrigit quod poßidet.
Hinc oſcula & pectuſcula

Et delicatas mammulas
Tibi uenditant, donec tibi
Iecur ſagitta tranſigant.
Si quid feras, acceptus es,
Si nil feras, excluſus es.
Si quid feras, amator es.
Si nil feras, amaror es.
Vita ergo ephebe fornices,
Fuge ſcorta priua & publica,
Ne poſt tuam petulantiam
Cum re ſalutem perduas.

ACT. 5. SCEN. 1. Iambici Trimetri.

Colax ſolus.

QVoties propinquo ad huius ædes diuitis,
Toties cutis mihi prurit, horret denuo.
Sub hoc eodem anni prioris tempore,
Fecere me illi plagiarij ſenis
Totum ulmeum, uerum haud ſine ingenti illius
Incommodo, ingenti quoq; meo commodo.
Verum eſt profectò quod ferunt. Scholaſticus
Si ludus eſt bonus, flagella ſcholaria
Minimi æſtimat. Paraſitus ipſe identidem,
Vt eſtur atq; bibitur, omnia interim
Flagella ſucceſſura nihili penſitat.
Dijs maxima tamen eſt habenda gratia,
Quod mitiorem eum mihi probauerim,

Quin

Quàm merueram, aut ſperaueram iratum ſenem?
Liuida cutis curarier facillime
Poteſtur, at nexum ſemel ſuſpendio
Guttur cruci, marceſcit uſq; miſerrimum.
Apage à gula nexum hunc mea. Vt Comaſta mi,
Vt pendula iſthic fronte, & ore lurido
Agitare uento in aëre uacuo, & imbrium
Iniurijs exponeris. Næ cautius
Mercarier me iſthæc docebunt amodo.
Recta igitur accedo forum, ſi quo modo
Queam honeſtius rationem edendi abs quolibet
Nanciſcier, nam ſic parare, inhoneſtius.
Strident fores, perieroſi uidear ſeni.

ACTVS. 5. SCENA. 2. Trimetri.

Senex. Peregrinus.

GNati mei ſolicitor uſq; imagine,
Et non queo quin abs quibuſq; ſciſciter.
Si fors queam, qui filium uſquàm uiderit,
Adipiſcier. Sed ecce oberrat ruſtico
Sago opertus, haud ſcio quid ferens. Adibo eum.
Pere. An non ſupremus Iuppiter uel me ſemel
Reſpexerit, quo poſt uiarum maxima hæc
Incommoda, aut ſedes quietas recipiam, aut
Diuenditis his mercibus regredi queam?
Obambulat mihi quiſpiam, rectaq; me
Petit Morabor paululum tardum ſenem,

Eu. Salue peregrine. Vnde ades? Pe. Boni Ioues
Tibi ſalutem dent ſenex: ex Aſia: adhæc
(Si exactius quætas) uides Mileſium.
Eu. Quid quæſo in hanc prouinciam te propulit,
Vbi terra ſterilior & infœlicior?
Per. Dicam pater tibi. Regio quæ uberrima
Fuit hactenus, præ frugum inopia iam fame
Interit. Eu. Hui. quid audio? Pere: Rotat ſic omnia
Fatum. Eu. Nihil de filio dicere potes?
Pe. Tuo? Eu. Meo. Pe. Sed ubi ipſus eſt? Eu. Dudū in
Abiſſe, Miletiq; uiuere aſſerunt. (Aſiam
Pere. Mori magis dicas. Sed artis cuius eſt?
Eu. Nullius eſt plane. Pere. Quod illi nomen eſt?
Eu. Aſotus & re & nomine eſt. Pere. Scribe faciē:
Eu. Facie eſt obeſa, oculiſq; nigricantibus,
Genis rubentibus, decentibus labris.
Tum mediocri ſtatura, & omnibus artubus
Gracilis. Pere. Cicatricem ne habet ſub pectore?
Eu. Habet profectò, ex bulcere illo, quod tulit
Infantulus. Nouiſti eum? Pere. Noui probè.
Pridem fuit mihi ipſe coniunctiſſimus.
Eu. Viuit ne? Pere. Si uiuat, ſatis non ſcio: tamen
Vnum ſcio, ſi uiuat, infœliciter
Viuit. Nam ut omnem quam tulit rem prodigè
Scortando, edendo, & heluando perdidit,
Egere cœpit, & uni adhæſit ciuium, in

Suburbio

Suburbio Mileſiorum diuiti.
Qui calamitoſum mox in agros eijcit,
Porciſq; paſcendis ibidem deſtinat.
Sic ſeruitutem ſeruit is miſerrimam.
Nam ſiliquis ſuum, cupit uentrem ſuum
Saturare, ſi ſit quiſpiam qui porrigat.
Eu. Miſerrimum ſubulcum, oboriuntur mihi
Iam lachrymæ, mancipia abundant panibus,
Gnatus fame tabeſcit. Pere. Vſq; id clamitat.
Quot (inquit) in patris æde mercenarij
Panibus abundãt, atq; lacte uictitant,
At ego fame pereo. Reuertar ad patrem,
Faſſoq; crimine pœnitentiæ indices
Dabo ſupplices manus, reflexos poplites.
Siquo modo poßim impetrare gratiam.
Eu. Faxit Deus, recipiſcat, ac redeat ſemel,
Qui filium aſpernarier ualeat pater?
Pere. In patriam ubi rediero diſtractis meis
Hic mercibus, mox filio hæc narrauero,
Niſi (quod futurum puto) prius reuerterit.
Vale ſenex. Eu. me flente longum tu uale,
Fac ſi potes reſipiſcat ille miſerrimus.
In publico facile foro perendie
Merces tuas diſtraxeris. Pere. ſpero. Vale.
Eu. O gnate mi, ô mea uiſcera, o Aſote, quo
Tu calamitatis adactus es? Redi, redi.

Putás ne uerum dixerit? Reducem breui
Sperare liceat? An magis data epiſtola
Mittam uirum, qui certo eum reducat huc?
Id certius, multoq; certius. Vir hic
Mileſius me certiorem de loco
Facturus eſt, quem iam in foro conuenero.
Vt huic rei dem operam, pedem refero domum. O
Colax Colax (ſi omnino non cæcutio)
Quantum mihi, meóq; filio mali
Partum eſt tua κολακεία. Non iam places.
Lactandus alius qui tuam ingluuiem expleat.

ACTVS. 5. SCENA. 3. Tetrametri.

Colax ſolus.

TAntũ mihi fœlicitatis attulit præſens dies,
Vt nõ diurnũ, ſiue menſurnũ modo, uerũ annuũq
Perpetuũ, & æternũ cibũ potũq; gratis porrige
Quis eſtimet, quãtũ boni ĩ portu interĩ portẽditur
Euax ſaturitas ſancta, Iuppiter ſupreme, tu quoq;
Ter maxume ó Portune, merito gratias tibi refera
Merito ó Palæmõ cãtharis et lãcibus tibi ſacrufic
Qui gaudij ingẽs pelagus hoc uno die mi aduexeris
Quantũ Foro Portune præſtes, ꝓdit opportunitas
Nã ut ad forum ueni, ſalutauiq; adoleſcentulos,
Mox ꝓfero unũ et alterũ ex melioribus dictis uel ſi
Rogo quo uel ad ientaculum, uel prandiũ inſtru
ctum, uel ad

Cœnam

Cum ã opiparã cõcedimus, cuncti uelut muti ſilent
Illico, uel ut ſtulto mihi illudunt. Forũ deteſtor, ad
Portum uenio. Dij boni quantum mihi ſolatij
Ibi obtuliſtis, dum diu expectatũ Aſotum amiculũ
Reducem mihi mõſtraſtis, in cœloce uectũ publica.
Valeant modo nihili uiri, ſcurræ, nebulones, infima
Qui hic occupant ſubſellia, ualeat quoq; ſcabrum,
ſordidum, (iã nihil
Stupidũq;, & ignobile hominũ uulgus, quibus cum
Cõmune erit mihi, licet ultro elixa et aſſa porrigãt.
Poſt hæc enim me præſides, dehinc duces, pauloq; poſt
Reges (ut eſt condignũ) honeſtarint, & ad cõuiuiũ
Suum uel inuitum uocauerint, rogauerint quoq;.
Iam nunc abite quiq;, abite è ſemita, cauete ne
Quis ueſtrũ adoriatur Colaca, nec opſtrepat uerbo
aut ioco
Vano, quibus frequenter appellare me cõſueſcitis,
Niſi in caput ſuum uelit pugnos meos infringier.
Niſi ueſtra crura, ueſtra roſtra, ueſtra colla pẽditis
Minimi, eminus mihi proſpera imprecamini. Viuat
Colax. (lax.
Mihi (inquio) acclamate, tranſeat Colax, uiuat Co-
Nunc auſpicetur à Dijs regnum ſibi contraditum.
Accedat Eumenij domũ ſenis, ubi prõptuaria (ria
Vino redũdãt optimo. Hæc mihi regio, hæc mea cu-
Sed eccũ honorandũ ſenẽ, Iouẽ meũ, Bacchũ meũ;

Qui ſa-

Qui ſaturitatē ſempiternā mox mihi produxerit?
Pridē quidē diris flagellis me expulit, faxo modo
Nō expulerit, immo mage īpulſurus eſt me blāditer,
In abditum carnarium atq; promptuarium domus.
Quid ceſſo compellare, longius quam ab ædibus
Abſcedat, aut me quiſpiam rei anteuortat nuncius?

Actus. 5. Scena. 4. Quadrati, vt ſuperiores,

Eumenius. Colax. Famuli.

Quemadmodū ſolēt, ſuum qui amiculū abſentem diu
Saluum redire geſtiunt, luſtrare ſingulas uias,
Per quas putāt ſeſe recepturū hoſpitē, pinde mihi
Quoq; actitandū cenſeo. Vadā ad forum. Mileſtum
Querā, deinde aliū uirū, q ferat epiſtolā, Inde eo ad
Portā ſuperiorē, deinde ad portum, uti ſiqua meus
Cōpareat gnatus, queā clemēter excipere, antequā
Pudore ſuffuſus animum deſpondeat. Col. de filio
Fit ſermo: nū ſuboleuit huic quòd uenerit? Pol non poteſt. (res
Virū alloquar, Sta, ſta Eumeni, licet modo ſubduce
Cū me uideres eminus. Eu. quis me uocat? qd ſtē tibi?
Alio uocato non libet nugarier. Co. Sta inquā, quia
Ego impero. Eu. Certè emeris pluris cui ſic imperes,
Sed omitte nugas, dice quid uelis Colax. Co. ſcis quem prius (quidē optime.
Crederis? Eu. ſcio, te quidē, an male meritū? Col. &
Sed quo

Sed quæſo te Eumeni his meis liuoribus malagmata
Sumine ſuillo et larido circũliga, alioq; time (ta ex
Tabo cicatrices putreſcere. Eu. Væh tuo capiti bo-
Co. Mane mane Eumeni mane, tantum tibi (lua.
adfero gaudij (tibi
Vt ultro ſpõdeas mihi æternã ſaturitatẽ. Eu. ego
Co. Tu mihi. Eu. ſed unde gaudiũ, qui filiũ meũ tua
Vita atq; corruptiſsimis diſperdidiſti moribus?
Fuge e meo aſpectu trifurcifer in crucem tibi debi-
tam. Col. (meni
Bona uerba q̃ſo mi ſenex. Eu. Iã nõ abibis? Col. Eu-
Eu. Heus heus Merimne, Thrypte. Col. p deos ſup-
fluunt meæ
Nugæ: niſi caueã, in phylacã pertrahar. Iuro deũ ac
Hominũ fidẽ Eumeni, mane. Eu. quid tu prophane
deieras? (tibi
Co. Cedo manũ. Eu. hẽ manũ, q̃d uolt dari? Co. tantũ
Iã apporto gaudij, ut facillime anteuortat omnibus
Mœroribus cordis tui. E. Nugare rurſus? C. Eumeni
Iraſcier noli, ſed audi me. Eu. quid audiam? Co. iube
Vaſa elui, mẽſam inſtrui, inferri cibos et pocula. Eu.
Quare? Col. quia hoc die meo Genio mihi ſacrificã-
dum erit, (famuli hunc
Sanctæq; ſaturitati. Eu. ubi? Co. hic domi tuæ. Eu. niſi
Tuleritis, Fa. Hẽ. Co. Ne fecerint, quia filiũ tuũ tibi,
Eu. Quid filiũ? C. rediiſſe nũcio. E. meũ tu filium? C.

Tuum

Mic[illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible] ſpem

[illegible] ſcriptura

[illegible] Eſaias

[illegible] ſapientia

[illegible] hominem

[illegible] non [illegible] factus eſt.

[illegible] ſaluo [illegible] dictio.

[illegible] ſed &

[illegible] indecens. Cu

[illegible] ſe hic ma

[illegible] ſcribit

[illegible] quam hic

[illegible] Cum

[illegible] ſcriptum

[illegible] præſcriſit.

[illegible] ſuit.

[illegible] modo [illegible] ſtellus

[illegible] modo quam [illegible],

[illegible] ſuis

[illegible] ſue ſenectæ, longe adhuc

[illegible] cito curſu obuiãs, ut plorat ut ſingultit? M. en
Iam filius ſupplex humi proſternitur, complodit &
Cum fletibus palmas obeſas, iã pater ſit proximus;
Tr. O uiſcera pietatis, o uere paternũ amorẽ, ut eſt
Propẽſus in tã ꝓdigũ. Mer. iã ruit in eius colla, iã
Cõplectitur, cũ lachrymiſq; deoſculatur. Ag. ꝓpius
Adeamus, ut gnati & parẽtis mutuos poſsimus hos
Audire ſermones, Tr. ſequor te As. ó mi pater. Eu.
quid gnate mi? (quoq;
Aſo. O mi pater, peccaui in ipſum celũ & in te, iam
Sum indignus appellarier gnatum tuum, fac me uelut
Vnum ex tuis te obſecro mercenarijs, recipe modo
Tibi ſupplicẽ rogo, quẽ ſupbũ et arrogãtẽ paſſus es
Iã pœnitentẽ recipe, quẽ tamdudũ iniquũ paſſus es.
Te lachrymæ flectãt pater, te ſupplices manus pater
Flexiq; poplites: miſereat te calamitatis meæ.
En mẽbra nuda, en uiſcerũ flaccẽtiũ ſqualida cutis.
Miſerere clemẽtiſsime pater huic miſerrimo gnato
Vt priſtinũ tuũ fauorẽ & gratiã primariã (tuo,
Mereatur. Tri. O merimne quãta utrinq; lachry-
me, haud ualet (mer
Se tẽperare à fletibus pater, haud queo quin lachry
Ipſe quoq;. M. mihi quoq; lachrymas excutit uterq;
lachrymans. (ris
Eu. Mi Aſote, fili mi, remitto quicqd in me admiſe
Sed et ãplius omniũ tuorũ criminũ nõ meminero.
Hocteſti

Hoc teste ſummo patre, ſancto in oſculo tibi ſpōdeo.
Aſo. O utinā apiſcar gratiā tuā pater primā, licet
Duro atq; ſicco pane & unda uictitem. Eum. ſurge alacriter
Cōſidito. An nō ego pater? tun' filius? Nūquid poteſt
Filij uteri ſui aliquis obliuiſcier pater? Heus cito
Proferte ab ædibus ſtolā primā, ānulū, & ſandalia.
Alij procurent celeriter uitulum ſaginatum probè
Iugularier, ut epulemur & letemur hoc die, qa hic
Gnatus meus, qui mortuus fuerat, reuixit ſpiritu, et
Qui perierat, repert⁹ ē. M. parebimus. E. celerrime.

ACTVS. 5. SCEN. 6. Iambici trimetri.

Eumenius. Aſotus

MI gnate dic modo, fatere libere,
Quiſnam te eo dementiæ perduxerit,
Vt me patrem tuum, tibi adeò affabilem,
Adeò benignum, & obuium relinqueres,
Et in hanc calamitatem extimam te mergeres?
Quis incitauit, quis docuit, & perdidit?
Aſo. Mi genitor, haud dicam dolo, tametſi quidem
Comaſta me corruperat primum, tamen
Ex proprijs prorſus libidine in malum
Preceps ferebar, inde ſcortis blandulis
Agglutinatus, in Aſiam ſubuectus ſum.
Vbi omnibus tuis pater ſudoribus
Iam prodigè abſumptis, meóq; corpore

Scortando, edendo, & potitando, eneruiter
Corrupto, ad impijßimi me contuli
viri iugum (quia inedia ac ualida fames
Me eo impulit) Cuius ſues dum paſcerem,
Ter ſeruitutem maximam ſeruiui, ut hi
Mei indicant artus, & hic uilis habitus.
Cum iam fame tabeſcerem, & uentrem meum
Opplere non liceret ſiliquis ſuum,
Reuerſus ad mentem pater, gemitu graui
O (inquam) quot in domo patris mei uiri,
Quot mancipia, gregeſq; mercenariũm
Beati abundant panibus, porro ego fame
Marceſco tabeſcóq;. Surgàm igitur, & hinc
Regreſſus accedam patrem meum optimum.
Siquo modo queam priorem gratiam
Efflagitare precibus: ecce res. Precor
Iccirco, & obſecro denuo cum lachrymis
Supplexq;, ut ultra numerũ arenæ quæ in marĩ eſt,
Scelera hæc pater numeroſa, fœda, enormia
Poſthac uelis obliuioni tradere.
Nam fretus olim mihi probata gratia, &
Clementia tua, reuerſus ſum pater.
Eu. Exurge denuo, remitto quicquid eſt
Delicti: ades. Quàm lachrymæ iſtæ gratiam
Non impetrent? Dudum omnia (ab, s quo neſcio) hæc
Reſciueram. Nunc itaq; gnate, quam improbam

Probitate

Probitate uitam corrige. Aſo. Efficiam pater.
Eu. Heus, nondum adeſtis? ————

ACTVS. 5. SCENA. 7. Trimetri.

Merimnus. Eumenius. Aſotus.

— ADſumus here, & omnia
Curata ſunt, quæ afferre nos, & exeq̃
Mandaueras. Eu. Recte: aufer illæc ſordida. Me. Hẽ.
Eu. Et induatur qua prius ſtola uſus eſt
In innocentiis, haud decet ſic filium
Domũ ingredi, pãnoſum, olentẽ ſordidũ. Mer. hem.
Eu. Date annulum fidei prioris in manu. Mer. hem.
Eu. Et calciamenta pedibus, reliqua intus in
Domo quæ oportet ſingula inſtaurabimus.
Mer. Dedi here. Eu. Bene eſt. Iã eamus intrò, tu face
Merimne pſalten accias, ut interim
Dum epulabimur ducat choros. Mer. Accerſiam.
Eu. Volo enim diem hunc peragere feſtiuiſsimè
Mer. Digniſsimum. Eu. Tu abi, uocato prximum.
Mer. Licet. Aſo. Nũ adhuc Comaſta penſilis pater?
Eu. Adhuc cruci ſuffixus eſt. Aſ. Miſerũ hominẽ, at
Vbi Detrius eſt? Eu. In carcerem conieceram,
Vbi infidelem noueram. Aſo. Squalet pater
Adhuc miſer? Eu. Nondum phylaca eductus eſt.
Aſo. Me propter eductus ſiet pater obſecro.
Noſtrum utriuſq; ſimul remite noxiam.
Eu. Etſi quidem non meruerat, ſeruabitur.

 Nam de,

Nam deſtinauerãt hunc quoq; malis peßimis:
Tu me ſequere fili. Aſo. Sequor pater, præi.
O ſi & modo cum fratre inire gratiam
Mihi liceat. Eu. Sis bono animo, placabitur.

ACTVS. 5. SCE. 8. Senarij vt ſuperiores

Tribonius. Merimnus. Philætius.

PSaltem moratur herus, modos qui ſuccinat.
Eccũ Merimnũ: heus tu Merimne, ubi fidicen?
Mer. Nunc ille per poſticulum intrauit domum.
Audin'? modo canere occipit. Tri. Probè, ſed eſt
Quod te uelim curare. Mer. Dic modo. Tr. ex agro
Philætium uocare me mittit ſenex.
Obſecro (ſi occaſio ferat) pro illo coquo
Interueni miſerrimo, forſan queat
Iam propter hæc noua gaudia è neruo eximi.
Nam obnixius quoq; idipſum Aſotus poſtulat.
Mer. Ego ſuggeram actutum ſeni. Vale. Tri. Vale.
Noui profectò, inamœnum erit Philætio
Hoc nuncium, quod adferam de prodigo.
Malit decem coros in horreo tritici
(Quanq̃ labore) conuehi, quàm unum ſibi
Sanguine propinquum fratrem Aſotum regredi.
Sed commodum, mihi ademit hanc moleſtiam.
Adeſt homo, neſcio quid ſibi ſupputans.
Manebo eum, quid dicat auſcultauero.
Phi. Prudentis eſt quotidie addere calculum

Rei ſuæ, num quidpiam accreuerit ei, aut
Decreuerit, ne incuria res peſſum eat.
Congeßi in horreum trecentos hordei
Ferme hoc die modios, corósq; plus minus
Flaui quadraginta octo ferme tritici,
Simúlq; quinquaginta quattuor coros
Multis miſerrimis laboribus, tamen
Solabitur me uſura parti plurima.
Hæc nanq; in annum proximũ arbitror affatim
Sufficere toti familiæ. Tri. Quantum miſer
Se excruciat abſq; neceßitate. Phi. Quid audio?
Tr. Symphoniã audit, & chorũ. Ph. Symphonia eſt
Chorúsq;. Num in meretricia hac domo? Haud ibi.
Vbi ergo? Tr. ꝓdeo, ſaluus eſto here. Ph. Tu quoq;
Salue Triboni: amabo ubi hæc ſymphonia?
Vbi chorus? Tri. Domi. Phi. Domi noſtræ rogo, an
Alienæ? T. Here dubitas? Domi noſtræ. Ph. qd hoc?
Tri. Frater tuus, qui perierat pridem, domum
Reuerſus eſt, rediijt parenti in gratiam.
Phi. Aſotus? Tri. Ipſe Aſotus. Occidit pater
Vitulum ſaginatum tenerrimúmq; ouans
Gaudénſq;, eum quòd ſoſpitem receperit.
Hinc chorus & hinc ſymphonia, hinc pater tuus
Me miſit, ut te accerſiam. Phi. Rem fecit is
Stultißimam. Tri. Stultißimam? Phi. Stultißimam
Dico, atq; peßimam. Tri. At pijßimam mihi

Feciſſe rem, pulcherrimámq; uiſus eſt.
Qui enim poteſt gnatum pater diſperderet
Phi. Spretó ne me & duris laboribus meis
Recipit, honeſtátq; hunc tam inertem & prodig
Non me teneo, quin. Tri. Obſecro intra mecū her
Fratrem ſaluta, aliósq; conuiuas patris
Letificia. P. Enim nō introibo. Tr. Age mi here. P
Tri. Iratus eſt, ſalute fratris liuidus.

ACTVS. 5. SCENA vltima. Trimet

Eumenius. Philætius. Petrus. Merimnus.

ME uox tua exciuit foras amarior
Mi gnate: cur nō ingredere domū? quid
Turbatus hic perſtas foris? Si prodigi
Tibi uita diſplicuit prius, placeat modo
Tibi pœnitentis continentia obſecro.
Phi. En tibi tot annos ſeruio pater, & uolens
Tua iuſſa nunquā (quod ſciam) præuaricor,
At ne quidem ſemel dediſti hœdum mihi, ut
Cum amiculis epularer, & feſtum diem
Letus agerem. Aſt ubi rediit gnatus tuus
Is, qui abligurriuit tuam ſubſtantiam
Scortando cum meretricibus, dediſti ei
Vitulum ſaginatum, chorum, & ſymphoniam
Fruſtra tot ærumnas laboris exigo,
Aeſtum geluq; perfero, & cura opprimor,
Eu. Hem gnate mi. tu ſemper es mecum, omnia

Quæ

Q
B
Quis
Tuis,
Bene
Mer. S
Dele
Eu. Tu q
Penu n
Pone &
Sit lusui.
Eu. Bene

G

Exhi
ſed e
Que non
Vt excite
Sed peni
A luxu, &
Quare or
Pro corrig
Poſt furta, ſe
(Pater beni
iam, ſi placu
Fauete nob

LAZARVS MENDICVS.

GEORGII MACROPEDII.

GEORGIVS BRVNONI SVO S. D.

NOn poſsum mi Bruno poſt Italicas mecũ cõmunicatas fabulas, poſt Rhomanæ urbis oſtenſas antiquitates, poſt nõnullas, quæ mihi negocium faciebant, explicatas per artis tuæ induſtriam difficultates, aliaq; plura tui erga me fauoris indicia, non poſsum (inquam) quin tibi rurſus in aliquo ſtudeã gratificari. Cum ſolo autẽ munere litterario (quod aliud non habeã) de me bene meritos donare ſoleã, ipſumq; tibi (quod pictura propemodum ſemper rei literariæ coniuncta fuerit) non ingratũ fore confidam, hanc noſtram Lazarũ (qualis qualis eſt) tandem integrã tibi dedico. Nam cum animaduertiſsem, quod ipſa licet imperfecta, (dum ante annum unum aut alterũ populo ſpectanda exhiberetur) nonnullis placuiſset, nolui eam remanere acephalã, ſed arrepto calamo quatuor poſterioribus extempore ſcriptis actibus primum ex tempore

 adieci,

adieci, & ἀκέφαλον (q̄d aiunt) μῦθον caput inddi. Accipe igitur mi Bruno ut ab amico profectum (licet exiguum) hoc munuſculum, & inter graues rerum urbicarum curas noſtris ſubinde pijs facetijs animum tuum oblecta. Vale

uir prudentiſsime, noſq;

ut ſoles ama.

(.:.)

ARGVMENTVM in Lazarum.

LAemargus opibus affluens dum purpura
Byſſóq; tectus ſplendide cum fratribus.
Et delicatè uictitat, nec inopibus
Nec hulceroſo Lazaro (quãquã fame
Tabeſceret) uel miculam largitur, at
Contra propelli ab ædibus cæſum iubet.
Quare inter epulas gaſtrimargus mortuus
Ad inferos à diabolo detractus eſt,
At inopia deſectus ac fame Lazarus,
Ad Abrahæ ſinum ab angelis ſubuectus eſt.
Vbi (dum uorax perpetuo in igne affligitur)
Fruitur perenni ſquallidus ſolatio.

Perſo

PERSONAE DRAMATIS.

Prologus	Thraſo	Lazarus
Læmargus	Cynopa	Abraham
Tryphera	Merimnus cũ	Typhlus
Oeconomus	4. fratribus	Bronchus
Petrus	Ancilla	Molobrus cum
Dæmones	Diaboli.2.	

PROLOGVS.

CVM animos uideret ad theatron [illegible]
Nuperrime ſpectantium, ad ſacras [illegible]
Quàm res prophanas affici Macropedius,
Aliam rogatus ethnicam, deſumpſit ex
Sacris libris, & comicos extempore
Deſcripſit hanc uobis agendam fabulam[illegible]
Vobis foret cordi, atq; nobis uſui.
Ex tempore inquàm, Anguſtia nam tempo[illegible]
Ab epitaſi atq; errore cœpit ſcribere,
Et mutuatus ex Hecaſto protaſin eſt,
Quàm anno priore (ſi memineritis) edidit.
Orátq; uos, quo huius rei modo ueniam
Mereatur, Hanc enim dabit tandem integram,
Modo mediam partem eius ac nouiſſimam
(Velut hactenus) placuiſſe uobis ſenſerit.
Fortaßis obiectabit illi quiſpiam,

Quod audeat ſacerrimam rem, & ſerio
Noſtræ ſaluti à CHRISTO *Ieſu proditam*
Tractare comice, & facere rem ludicram.
Fatetur ingenue, quod eadem ratio ſe
Sæpenumero deterruit, nequid ſuum
Vel ab alijs quantumlibet ſcriptum pie
Docteue, quod perſonam haberet CHRISTI *Ieſu*
Agentis, hiſtrionibus ſeu ludijs
Populo exhibendum ex pulpito committeret.
Quapropter hunc nec matre natum uirgine
Infantem, nec acciſum, nec alueo ſacro
Tinctum, nec opera mira patrantem, nec in
Cœna ultima ſeſe cibantem apoſtolos,
Sic neq; ligatum, uerberatum, proditum,
Sputo illitum, cæſum flagris, ſpina obſitum, in
Cruce mortuum, & denuo reuerſum ab inferis
Viuum reſurgentem, auſit in proſcenium
Producere, indignum arbitratus & impium,
Chriſtum gnatũ Dei unicum, & noſtrum omnium
Salutis authorem unicum, ſub imagine
Leuis hominis procedere ad ſpectaculum.
Illos tamen non arguit, qui ea ſcriptitant,
Si quo legantur, non agantur, ſcriptitant.
Solent enim plærumq; plus afficere ea,
Quæ uerba perſonis dedere dramaticos.
Nihilominus. ſi excerpta ſit ſacris libris

Para-

Parabola uel hiſtoria honeſta, ubi nec Deus
Nec Christus actor ſit, ſibi & alijs putat
Licere eam exhibere uobis comicos.
Cuiuſmodi nunc exhibènda eſt Lazari,
Non ille quem iam quatriduanum à mortuis
Reſuſcitatum credimus, quod is ſine
Filij Dei perſona agi non poſſiet,
Sed illum agemus Lazarum parabolicum,
Qui iacuit hulceroſus ante diuitis
Epulonis oſtia, & popoſcit miculis,
Quæ decidebant orbibus, ſaturarier,
At nemo ei quamuis famenti tradidit.
Hæc de periocha iuſſit author fabulæ
Me proloqui, rogatq; uos, ut ſicui
Indicio in hoc rerum ſacrarum uiſus eſt
Errare, ut is ſe moneat, audeo dicere,
Quòd obſtinata mente dum cognouerit
Errata quãuis minima non defenderit.
Valete cuncti, & ſi fauetis ludijs,
Quieti adeſte uos rogamus maxime:

Finis prologi

ACTVS primus. SCENA prima.

Iambici Trimetri.

Læmargus. Traſo. Cynopa.

Vxor mea eſt paulo ac uelim tenacior
Domi meæ uolui cum fratribus
Ientarier, ientaculumq́; in prandium,
Et prandium in cœnam, atq́; cœnā ueſperam in
Noctem profundam ducere. Aſt illa haud ſcio
Quos quærat in ſcirpo (ut ferunt) nodos. Meam
Excuſat aut poſt pocula ægritudinem,
Aut craſtinum faſtidium, ſuum deinde
Incommodum, & fratrum omnium diſpendium.
Quaſi in epulis noctes dieſq́; ducere,
Et uſq; pergræcarier non ſueuerim.
Quaſi illa non habeat ſuis pro commodis
Seruos & ancillas domi quā plurimos.
Quaſi fratribus, mecum quod abliguriant
Ingurgitent ue, non abunde ſuppetat.
Verum hæc ſuæ tenacitati callida
Prætexit, atq; uafra comminiſcitur.
At (ut inquiunt) tenax requirit prodigum.
Non ſua ſibi commenta friuola proderunt.
Heus heus adeſte, qui ocio, qui fabulis
Totum abſq; herili commodo teritis diem.
Malo ſiquidem duplum foris cum amiculis
Prodigere, uel per aleam diſperdere,
Quam ſimplum in ædibus meis cum iurgio.
Adeſte, num uocauero uos ſepties?
Thr. Here adſumus. Le. Quin aduolaſtis ocyus?

Tu

Tu Thraſo abi ad fratres meos, & ſingulis
Mandato noſtro nomine, ut domi meæ
Alacres ſub horam prandij compareant.
Nullam quóq; excuſationē admittito. Thr. haud
Admittam. Læ. Abi. Cynopa ades. curre illico,
Noſtróq; ueteri dic amico Dæmoni, ut
Mox me ad futurum expectet ad ientaculum,
Paretq; diſtillata uina tertio
(Primum omnium) cum ſacchαro canario,
Vel defrutum, uel hypocraticū, poſt crapulam
Nocturnā ut hæc ſtomacho ſient medicamini.
Cy. Sic dicam. Læ. Abi, atq; reuertere. locutus meo
Cum coniuge ipſum ſine mora ipſus obruam.
Cy. Id dicam, & hic ero prius quàm creduas.
Læ. Videbo quid facturus es. Prodi ædibus
Tryphera mea huc. ſunt quæ tibi mandanda ſunt.
Blande loquar, ne delicatis auribus
Quid obſiem. Natura nanq; mulierum
Huiuſmodi eſt, ut niſi ſuauioribus
Verbis loquare & blandulis, nil impetres.

ACTVS. I. SCENA. 2. Trimetri.

Tryphera. Læmargus.

MEn huc uocaueras foras Læmarge mi?
Læ. Vocaueram. Tr. Ob quam gratiam?
Læ. Quo epulemur &

Lætemur hodie mea uoluptas ſplendide.
Ego iuſsi adeſſe Dæmonem cum fratribus,
Tu fac coquantur, quæ apparanda, lautius.
Pueris puellis liberisq; præcipe,
Vt omnia ex ſententia tua apparent.
Try. Mi uir nihil tandem relinques liberis?
Aerarium noſtrum quouſq; exhauries?
Nunquã ne quippiam repones parcior?
Admitte tandem obſecro parſimoniam.
Læ. Quid uxor his curis miſera diſtringeris?
Nobis egendum, ut liberi ſint diuites?
Num ærarium noſtrum indies exhaurio?
Non pro decuplo centuplum reponimus?
Conſydera an queamus Eutychian domo
(Licet uelimus) furculis expellere
Non copulamus agrum agro, & ædeis ædibus?
Non noſtro in ære plurimi cum fœnore?
Nonne redditus perpetui & irredimibiles?
An eſt quod in re familiari poſtules?
En plena diuitijs domus. Triclinia
Superba pictis lectulis, & cubicula
Eburneis cubilibus, tua ſcrinia
Referta byſſo, purpura, & holoſerico,
Noſtrum utriuſq; cultui. laquearia
Et cuncta fulgent atria periſtromatis,
Tapetibus, & emblematis. puriſsimo

Vino atq; oliuo exuberant pennaria,
Cumulata farre & tritico granaria,
Boniſq; onuſta reliqua promptuaria.
Armenta plurima, gregeſq; plurimi
In paſcuis uberibus, agri tritici.
Siliginis, uini atq; oliui fertiles.
Tanta quoq; frugum hoc anno erit abundantia,
Vt nec apothecas autumen nec horrea
Sufficere poſſe colligendis fructibus.
Quot inferet talenta noſtro ærario
Hæc tanta annonæ copia? Et quibus omnia hæc
Seruabimus? Num ſacrificis locupletibus?
Num ſordido gregi atq; inerti pauperum?
Try. Deteſtor hos. Le. An liberis, quos neſcias
Vtrum ne ſint probi futuri an improbi,
Parciue nobis mortuis an prodigi?
Eſto futuri ſint probi. fraudabimus
Vterq; noſtrum genium? Itaq; Venus mea
Edamus & bibamus hoc die, & omnibus
Quos fata utriq; ſiuerint, donec gulam
Titillat eſca eſcamq; gula diiudicat.
Cras nanq; (ut in prouerbio) moriemur, &
Mox eſſe in æuum deſinemus mortui.
Try. Me obtundis his ſermonibus, nec eſt quod ijs
Reſpondeam. Ergo fruamur his præſentibus
Donec libebit, & licebit iuuenibus.

Non tranſeat flos temporis. Læ. Iam mihi ſapis.
Para igitur omnia quæ gulam irritent, iube
Vernis tuis rerum ſatagere. Tr. Iußero.
Læ. Quid non huic perſuadeam mulierculæ,
Modo ſtudeam blandirier? Tr. Cum Dætro ædes
Oeconome, ſunt tibi quæ foris præcepero.
Læ. Iube inſtrui menſas, & argentum elui,
Sitq́; apparatus ferculorum ſplendidus.
Tr. Hac te leuem Læmarge ſollicitudine.
Noui ego probe, quid deceat in conuiuijs.
Tu modo tibi atq; tuis famem & gulam addito.
Læ. Licet, Obſequēdū mulieri. Ingrediar domū, &
Mutato amictu mox adibo Dæmonem.

ACTVS. I. SCENA. III. Trimetri.

Oeconomus. Dætrus. Tryphera. Cynops.

QVid nos uocaſti domina? an eſt quod exequi
Mādes? Tr. Emite duobus aut tribus aureis
Opſonia, uiris quæ decem ſuffecerint.
Ne parcite uni aut alteri ſeſtertio.
Vt queq; ſint lectiſſima. Oec. Hera curabimus.
Tr. Curato tu, ne quicq̄ honori detrahas.
Curato Dætre ſic coquas, ne quid gulæ
Heri paret faſtidium. Dæ. Curabitur.
Tr. Curate, longam ne moram cura pariat.
Satagite. Dæ. Et id curabitur. Try. Cape ſportulam. Dæ.

lam. Dæ. Hem.
Oec. Præter ſuum fiet hera morem dapſilis?
Noctua uolat. Quis comes erit uel aſsecla,
Cum abiuerim, Læmargo eunti ad Dæmonem?
Sed commodum, Cynopa adeſt, Cynopa herus
Te intus moratur ægrius. Cyn. Cynopa adeſt.
Oec. Ingredere. Tu Dætre ad forum ſequere. Dæ. aſſequor.

ACTVS. I. SCENA. IIII. Trimetri.

Læmargus. Cynopa. Bronchus. Typhlus.

QVid noſter inquit Dæmones? Cy. Te ſibi fore
Gratiſsimũ, petitq; ut ad ſe mox nihil
Cunctatus aduoles, ſimul cum coniuge
Et liberis, quod ampliter cupedias
Ientaculo parauerit. Læ. Cum coniuge
Et liberis? Cy. Sic inquit. Læ. Etiam ſanus eſt?
Habet quod agat uxor. nuces quoq; liberi
Nondum reliquerunt ſuas. & eos meo
Sinam adeſſe contubernio? Cyn. Saltem cupit
Te adeſſe q̃ primum ſibi. Læ. Tu ſtatq; prius
Me ueſte purpurea indue. Cyn. Hem cedo dexterã:
Tibi dexterã. fac byſsus hæc ex purpura (Læ. Hẽ
Decenter eniteat. caue ſis, ne quod ad
Decus uel ornatum attinebit negligas.
Cyn. Enitar here pro uiribus ne negligam.

Bron

Bron. Se diues hic feſtiua amictus purpura
Ientaculo Typhle ſumptuoſo præparat,
Spectabo cuius ædibus ſe ingeſſerit,
Si forte ſit ſpes aliqua noſtris uentribus.
Ty. Quis diues hic? Br. Læmargus hic, guloſus hic,
Nam præter hoc, neſcio equidem, an ſiet uiro
Vocabulum. In tanta omnium rerum inopia,
Noſtræ inediæ ſiqua Typhle nunc ſolatia
Speranda ſunt, à ditibus ſperanda ſunt.
Ty. Verū quidē quòd Bronche ais, quod pauperes
Nihil queant impendere. Atqui diuites
Nihil ſinit tenacitas impendere.
Bro. Tentanda res. Læ. Compoſita ſat iam ueſtis eſt.
Dactyliothecam porrige. Cyn. Hem tibi annulos.
Læ. Hos pulueres feſtulasq; ſcopula
Caligis meis detergito, & ſandalijs.
Cyn. Faxo libens. Ty. Tam curioſus ueſtium
Cultus inopi mendiculo nil deſtinat?
Nihilominus (uti Bronche ais) tentanda res.
Videto quo diuerterit. Br. Curauero.
Læ. Sat. eamus hinc. foris moratur Dæmones.
Cy. Morare adhuc. Læ. Quid adhuc moræ?
Cy. Feſtucæ adhuc
A tergo adherent. Læ. Expedi. Cyn. Sta paululum.

ACTVS. I. SCENA. 5. Trimetri.

Dæmones. Lazarus.

Quid

Qvid nunc moratur? eccum cum uincit ſuam
Vxorculã. ſe poliet uſq; meridiem. Hui
Quis reptat huc mali ominis homo ſordidus?
Laz. Vidiſſe nunquã te canis Dauid pater
Iuſtum uirum à Deo relictum, aut illius
Sobolem indigentem panibus, uerum ego fame
Defecero, niſi quiſpiam refecerit.
Mi uir beate quem Deus præ cæteris
Mortalium bonis beauit, obſecro
Vel miculam panis iube mihi porrigi.
Quod tertius dudum dies illuxerit,
Ex quo nec edi nec bibi niſi laticem
Subturbidum. Dæ. Soletur ipſe te Deus
Et adiuuet, nos hic tibi nil coximus.
La. Vel miculam ſiccamue panis cruſtulam.
Dæ. Prorepe ad ædes proximas, non mihi uacat
Tuis ſtudere commodis. La. Te obſecro mei
Misereat. Dæ. Ab his ne procul recedes ædibus
Homo fœtidiſsime? abi in malam crucem. locum
Concede dignioribus. Laz. Frater abeo.
Ne quæſo mihi ſuccenſeas. Domine Deus
Explodor uſq; ab omnibus, non aliter ac
Scobs aut peripſema abijcior inutilis.
Hic purpuratus & annulatus comiter
Tractandus eſt Experior hoc uerißimum,
Quod dum ſuperbit impius miſer uritur.

Sed hoc mihi unicum in omnibus ſolatium,
Quod pauperum ſuûm Deus miſerebitur,
Nec uota eorum prorſus interitura ſunt.

ACTVS. I. SCENA. VI. Trimetri.

Bronchus. Typhlus. Læmargus. Dæmones.

IAm tandem abacto Lazaro, Læmargus hic
Accedit ædes Dæmonis. Sequamur hinc.
Paulo quod ille ſit hoc uiro benignior.
Ty. Si Lazarus repulſus eſt, quiduam ſpei
Nobis reſiduum? Br. Id experiri ſatius eſt.
Dæ. Læmarge ſalue. quid moratus hactenus?
Iamdudum enim te expecto. Læ. Salue Dæmones.
Res mihi fuit cũ uxorcula. Dæ. Quid ita? Læ. qđ ad
Rem aliquanto auidior eſt. Dæ. Id ingeniũ omnibus
Eſt inſitum mulierculis. eamus intro,
Et poculis hæc eleuemus tœdia.
Læ. Scite mones, ſequar, præi mi Dæmones.
Br. Nunc introgreſsis ditibus nos gnauiter
Hoc occupemus oſtium, ne putridus
Et cui ſolet plus gratiæ impertirier,
Nos anteuertat Lazarus. Typh. Ne cor tuum
Mi Bronche ſubeat iſta cogitatio.
Nobisq; quod fieri uelimus, fratribus
Animo ſinamus candido donarier,
Si præuenit nos Lazarus, locus prior

Debe-

Debetur illi, nec dolo queuis malo
Nobis præoccupandus eſt. Scio Lazari
Mentem (tametſi in ſumma inopia & inedia)
Tam candidam, ut nè miculam panis quidem
Præripere cuiuis geſtiat. Br. Sed longius
Abactus eſt, ſua purulenta ob hulcera, &
Lento gradu repedat ob egritudinem.
Erimus priores eius abſq; iniuria.
Ty. Mi Bronche nil incommodemus Lazaro,
Quod uerus ipſe filius ſit Abrahæ.
Et utinam habere fata poſt nouiſsima
Partem quietis merear hoc cum Lazaro.
Br. Foribus priores adſumus. ſta ponè me.
Tibi proximus ſtet Lazarus. Ty. ſtet Lazarus.

ACT. I. SCE. 7. Trimetri, vt ſuperiores.

Lazarus. Typhlus. Bronchus.

SAluete fratres, quid ſpei pro his ædibus
Vobis refulſit, unde iam propulſus ſum?
Ty. Nos nouimus rem, & indoluimus Lazare.
Hic admodum nobis parum affulget ſpei,
Niſi forte poſt ientaculum aliquas reliquias,
Quæ familiæ haud ſint uſui, nobis dari
Contigerit. Laz. O ſpem languidam. Malint ſuis
Dare canibus, quã pauperi ipſas porrigant,
Rerum omnium ditiſsimi. Ty. Tentabimus,

Quod

Quod ſi repulerit denuo, tolerabimus.
Neq; enim ſumus te digniores Lazare:
Sed hoc die nihil alimenti nactus es?
La. Quid hoc dierum iam tertius agitur dies,
Quod panem in os meum miſer non intuli:
Dolor hulcerum, tormenta dira uiſcerum,
Et alumna mortis morte acerbior fames
Me indeſinenter macerant, me concoquunt,
Et o utinam me morte celeri finiant.
Quiete tandem quo cupita perfruar.
Ty. Tui me amice Lazare miſeret profecto,
Et pro uirili te iuuare geſtio,
Nec (ita Deus Abraham patris noſtri me amet)
Vnq̃ bolum accipiam bonum, quem non libens
Et ultro tecum diuidam. Sed obſecro
Te, ne mala hæc quæ pateris aut paſſurus es,
Mentem tuam labefaciant, ſed omnia
Vincas pari patientia. Meminerimus
Iob hulceroſi, itemq; cœci Tobiæ,
Qui per fidem, innocentiam, & tolerantiam
Meruere dici & eſſe amici & filij
Dei optimi & ter maximi. La. Bene me mones
Mi Typhle, quod nil debeat mihi haberier
Virtute prius aut carius patientia.
Quàm & hactenus cunctis mihi ingruentibus
Malis perinde atq; clypeum oppoſui, neq;

Stultum

Stultum [illegible]
(Si recte [illegible]
Ty. [illegible] Deo [illegible]
La. Amen. De[illegible]
Nec [illegible]
Laudandus eſt [illegible]
Siue ipſe [illegible]
Laudandus eſt de ipſo [illegible]
Qui in [illegible] noſtris benignus [illegible]
Nam noſtram eandem ob hoc [illegible]
Quòd ultro nobis à Deo donata ſit,
Eoq; ſolo gloriamur nomine
Quòd nos ſibi ultro in filios quos corrigat
Delegerit. Quapropter hoc mihi unicum eſt
Solatium, quod in his mihi doloribus
Non parſerit. ſed quaſi ſcopon iaculantium
Me poſuerit. ſcio nanq; quiſnam dixerit.
Fili caue, ne diſciplinam negligas
Domini, neq; ab eo (dum arguit) deficeris.
Quem nanq; dominus diligit, caſtigat. &
Flagellat omnem filium quem ſuſcipit.
Ty. O Lazare, hæc pij hominis eſt meditatio,
Atq; ô utinam ego mente tam facili queam
Hanc cœcitatem perpeti. La. ſis bono animo,
In proximo eſt quòd à Deo illuſtraberis.
At fata noſtra in foribus eſſe conſpicor.

Ty. Quid mihi futurum neſcio. nouit Deus.
At te patris noſtri Abrahæ ſinus manet.
Br. Quouſq; tandem patre de noſtro Abraham
Sine fruge diſputabitis? Veſtros logos,
Veſtras manus, omnemq; ueſtram induſtriam
Venatui componite, ut ueſcamini.
Ty. O Bronche Bronche pluris eſcam corporis
Putridi facis, q̃ permanentis ſpiritus.
Non abſq; fruge loquimur, ut tu exiſtimas.
Br. Non abſq; fruge, ubi oſtium iam crepuerit,
Et exiet mox quipiam: Læmargus eſt,
Nugamini (ſi dijs placet) de ſpiritu.
An ſolus uſq; Typhle agam cauſam tuam?

ACTVS. I. SCENA. 8. Trimetri.

Læmargus. Cynopa. Mendici. Dæmones.

CYnopa ades. Quid hoc oſtium grex impudẽs
Hic obſidet? Br. Læmarge nobis obſecro
Pauxillulum aridi iube panis dari
Famentibus. Læ. Secedite. Ty. Oro. La. Te obſecro.
Læ. Secedite. heus ſceleſte ades. Dæ. Quid improbè
Seruum euocat? Læ. Me commodum ſecutus es
Mi Dæmones. Dæ. Cur obſecro? miror etenim
Quidnam tuus celer uolebat exitus.
Læ. Illiberale, & infidele, & reprobum eſt
Hominum hoc genus ſeruilium, cui ſerij


Negocij

Negocij tuto nihil committitur.
Certum eſt Cynopen hunc domum ablegare, ne
Si quippiam cum amiculis ſiue lepidis
Meretriculis prodegero, ipſe coniugi
Rem deferat. Dæ. Facies quidem prudenter. hos
Nam proditores experimur crebriter.
Læ. Heus furcifer, ſcelerum caput, quin aduolas?
Cy. Adſum here, quid eſt? Læ. Infuſa uina poculis?
Cy. Infuſa ſunt. Læ. Redi domum, atq; ſatage, ne
Quid imparatum inuenero. redi. Cy. Hem.
Læ. Mane. Cy. Hem.
Læ. Dic coniugi nos adfuturos meridie.
Thraſoq; dic, uino bibendo cantharum
Ampliſsimum paret, atq; cyathos aureos.
Toti deinde familiæ dicturus es,
Chorum inſtruant, modos coaptent muſicos.
Chorocythariſtas & choraules ordinent,
Qui carmine excipiant reuertentem, inſuper
Inter epulas modulis ſuis nos recreent,
Quod hunc diem genio dicare ſtatuimus.
Cy. Faceſſo, nunquid aliud eſt quod exequar?
Læ. Nihil. Cy. Valete. Læ. Noſtra agamus ludicra
Et aleis & orbibus luſorijs
In atrio. Dæ. Sic placet, & inter pocula.
Laz. Ah Dæmones te (obſecro) noſtri miſereat.
Læ. Tun hūc nutris putridū gregem pro his ædibus


Et aſſuefacis ad atrium iſtuc Dæmones
Quin agis eos in maximam malam crucem?
Dæ. Merito increpas, quod hi oſtium meũ ita obſidẽt
Vt uix queam ipſe uel ingredi uel egredi.
Poſt hæc tamen non patiar, Amolimini hinc,
Niſi fuſtibus ſcapulas uelitis tundier.
Dudum ne te cadaueroſe hinc aſpuli?
Quid huc redis? huc Daue, Geta, Paleſtrio.
Ty. Cedamus hinc, cedamus horum inſaniæ.
Br. Cedamus, à ientaculo nonnulla ſpes
De partiendis reliquijs proponitur.
Prius oppleant gulam ſuam uſq; ad nauſeam.
Cy. Monſtri profecto aliquid alunt in ædibus,
Quòd ne ego ſciam, propellor illinc callide, &
Ne ſuſpicentur, longè abacti pauperes.
Aes prodigere, ductare ſcorta, aut fœdius
Aliud parant. Scio quã tum herus tum Dæmones
Sit pronus in libidinem. Abeo uti peragam
Quòd iuſsit, & curem cutem ientaculo.
La. Nil aſperum fratres mei ob contumeliam
Ex ore noſtro profluat, uerum magis
Hymnum Deo canamus, atq; ſupplices
Patrem precemur optimum. Ty. Ita mi Lazare,
Pſalmum canamus quemlibet. Tu præcine.

CHORVS. verſu Gliconico tetraſtropho, ex Pſalmo. 86. Lazarus.

Auren




Aurem quæſo tuam mihi Inclina dominans Deus.



Exandiq; preces meas, Cũ ſim pauper inops quoq;.

Rep.



Preces uotaq; pauperum Exaudi dominans Deus.

AVrem quæſo tuam mihi
Inclina dominans Deus,
Exaudiq; preces meas,
Cum ſim pauper inops quoq;.

PEPETITIO. Typhli & Bronchi ad ſingulos quaternarios,

Preces uotaq; pauperum
Exaudi dominans Deus.

LAZARVS.

Cuſtodito animam meam
Quòd ſim ſanctus, & ex tua,

Saluum fac famulum tuum,
Pendentem aure Deus meus. Preces uotaq; p.
Me Deus miſerare, quod
Totam te inuoco per diem,
Et me lætifica, quod ad
Te leuaui animam meam. Preces uo. &c.
Cum tu ſis domine admodum
Suauis, mitis, & omnibus,
Qui te crebiter inuocant,
Plurimæ patientiæ. Preces uo.
Qui rerum dominator es,
Auri admitte preces meas.
Auri admitte preces meas
Et dum te miſer obſecro. Preces uo:
Cum inſtaret tribulatio,
Et multis premerer malis,
Ad te uociferabar. &
Audiſti gemitus meos. Preces uo.
Haud quaquã eſt ſimilis tui
Inter milia numinum.
Non eſt qui ualeat Deus
Factis facta tua aſſequi. Preces uot. &c.
Gentes cunctæ aderunt tibi, ad
Orantes tua numina,
Et tuum domine inclytum
Nomen glorificauerint. Preces uotaq; p. &c.

Nam tu magnus es, & facis
Miranda in ſolo & in polo.
Tu ſolus Deus es, neq;
Preter te deus ullus eſt. Preces uo. &c.
Deduc me domine in uia
Tua, ut abſq; dolo queam
Ingredi, affice cor meum
Vt nomen timeat tuum. Preces uo:
Toto in corde meo Deus
Meus te celebrauero,
Atq; glorificauero
Nomen perpetuò tuum. Preces uoteq;
In me facta tua eſt enim
Hæc clementia maxima,
Nam traxiſti animam meam
Clemens tartaro ab infimo. Preces uo.
Inſurgunt Deus impij in
Me, cœtuſq; potentium,
Quæſiuêre animam meam,
Nec tui rationem habent, Preces uo.
Verum cum dominans Deus
Sis clemens miſerans quoq;
Tardus ad nemeſin, citus
Ad dandam ueniam reo. Preces uo.
Me clemens miſerum aſpice, &
Da ſceptrum puero tuo,

Saluum fac quoq; filium,
Quem peperit tibi uernula.
Fac mecum Deus in bonum
Signum, ut erubeant mei
Oſores, uideantq; quod
Me ſoleris & adiuues.

ACTVS ſecundi. SCENA prima.

TETRAMETRI.

Cynopa. Thraſus. Detrus.

RES admodũ moroſa mulier in ædibus, cui nihil Fieri poteſt quin improbet, perpetuo amara & aſpera,
Quæ uix ſinit pane atro, & atro caſeo ientarier.
Hero meo malim domi inſeruire cẽties, q̃ huic ſemel
Thr. Si impẽderemus plus decuplo q̃ uoramus, mitiꝰ
Vterq; nos tractaret, immò æquaret ipſis liberis
Fortaſſe fert ſubinde hera ægre, quod agimus manu aut pede, at
Quod dentibus ſic agimus, & qđ faucibus, id ægerrime.
Cy. Mirũ qđ in minutulis tã ſint auari ac ſordidi.
Qui in ſumptuoſo epulo parãdo, ciuibus multo ſint
Profuſiores cœteris. Thr. Natura ꝓpria diuitũ eſt,
Seruare minima ſordide, et maxime nimis ꝓfundere.
Sed quicquid egerint heri (niſi durius plecti uelint)
Et ſuſtinere & abſtinere (ut inquiũt) ſeruos decet.

Nos

Nos itaq; herus quǣ iuſſerat tibi, ſatagamus exeq...
Menſam inſtruamus, lectulos ſternamus, atq; pocula
Pure eluamus, Frondibus dein atriū exornemus, &
Chorū ex ephebis & puellis ordinemus conſ...
Ne ſit quòd oculos introgreſſi offendat, aut bilē co...
citet.
Cy. Recte mones. Iā tandē adeſt coquus grauis ...
Iurgabitur ſcio, et arguet nos ocij. Dæ. Quid hic ...
Nugamini? Nihil eſt in ædibus quòd exigatis? Th. ...
Sed te morati te ſequemur præuiū. Sequamur ...
Cy. Vides caniſtrum quot ſequantur ultro paraſi...
ton greges.
Thr. Quos tu mihi paraſiticos narras greges? ...
ſordidos
Illos canes, cœcos, ſcabros, claudosq; qui ſagacius
Opſonium aſſequi ſolent, q̄ damulas moloſſici.
Cy. Illos uolebā ſordidos. Eamus intro et hūc grege
Foribus ſeratis arceamus ædibus. Th. Præi, ſequor.

SCENA. II. Tetrametri.

Bronchus. Typhlus. Cror

AVibus malis caniſtrō id ſumus ſecuti ut augu...
Auibus malis huc uenimus, uelut ex ſor...
his colligo.
Ty. Vt ominaris ſemper infœlicia. ecquid Bronche in
Foribus mali aut inauſpicatum cernitur? Br. Quid
ædibus

[illegible]ſſimi. Ty. Qui, Brōche: qui: [illegible]
[illegible]
[illegible]is obſidére ſerea, ut longiſſimè
[illegible] ab atrio, adeóq. à coquiſtri edulio (ſola
[illegible] in his non habitat ædibus Datiuus (u
[illegible] Ablatiuus epulo quiſpiā. Br. Certiſſimū.
[illegible] eſt argenti & auri copia ditiſſimus,
[illegible] ſplendidáq; purpura veſtitur, &
[illegible] è et delicate epulatur, attamē nihil
[illegible] ibus. quod ipſe ab annis datā op
[illegible] deprehēdi pluribus. T. Fortaſſe capias āpli
[illegible] q̃ conuenit. Pol diuites ſeſtertios (u
[illegible] ītegros, ſicut neq; chlamydas ītegras,
[illegible] nec integras. Pane arido at tenui ſtype
[illegible] mēdicitas contenta ſit. Br. Cōtēta ſit,
Sed [illegible] nec grande cuiuis porrigit. q̃uis ſit
[illegible] Leberide, aut pauperior Iro ſeu Codro
[illegible] iubens nobis dabit fruſta ſibi decidentia
[illegible] manus pedesq; cū polypo præ inedia
[illegible] deuores,
[illegible] panis quidem pietate motus porriget,
[illegible] pingues ofellæ electalesq; ſtragulent,
[illegible] craſſum lauta fercula diſſecent. Typh.
[illegible]
[illegible] ditibus, partē quibus debemus heu
[illegible] ſalutis maximā, quotquot ſum⁹ cæci, ſcabri,
Claudi

Claudiue, et id genus homines miſerrimi. Quid igi
tur huc

Diuertimus, ſi ab hoc nihil nobis futurū cōmodi?
Si eleemoſina ſperanda nulla Dæmonis ſub ædibus,
Præſtaret aliam (ut inquiunt) quercum excutere,
quā in hoc loco

Captare uentos retibus, poſceréue aquas è pumice.
Br. Audi. Vir hic pietate motus nil dat, ueruntamē
Superare qđ canib⁹ ſolet, nobis ſubinde obtruditur?
Paulū moremur ad oſtiū hoc iā proximi, ne forte qs
Nos anteuertat, & occupet locum aptiorē quæſtui
Nā uideo quoſdā incognitos huc aduolantes eminus
Et hulceroſum Lazarū. T. Nil obfuturus Lazarus.

SCAENA. III. Trimetri.

Molobrus cum puero. Lazarus.

QVò reptat hic homo ſordidus? Pu. Neſcio e-
quidem

Niſi ad huius ædes diuitis, nam ad oſtium
Hoc proximum plures manere conſpicor.
Mol. Rectè. hic erit fortaſſe uiſceratio,
Panumue diſtributio. Pu. Ipſum ſuſpicor,
Iterq; noſtrum commodè huc defleximus.
Mol. Quò tu hulceroſe reptitas? Laz. Aedes ad has
Viri propinqui diuitis. Mol. Quid diues hic
Impartietur indigentibus? ſtypes,
Carneſue, an ex pietate panes candidos?

La. Neſcio mi amice quid modò hic ſperabimus?
Non ampliter ſolet hic ſua impartirier.
Vtinam mihi liceat uiri menſæ opiparæ
Impunè legere decidentes miculas,
Et pellere extremam famis moleſtiam,
In maxima hac rerum omnium penuria,
Mecum profectò bene actitatum plauderem.
Mo. Linquam⁹ hũc. quo auertat hinc noſtros gradus,
Amplius & ipſe accipiat, hæc commentus eſt.
La. Non comminiſcor quicq̃ in hoc negocio.
Properate & experimini. uobis uelim
Plus obuenire quã mihi ſperauerim.
Mol. Hic hypocrita eſt, prorepat in malam crucem.
Pu. Vah purulente, tu dolo nos falleres?
La. Domine Deus, quouſq; tandẽ in hac miſer
Conualle lachrymarum, in hoc argaſtulo
Carnis putridæ, hominum manebo opprobrium?
Plæbis manebo abiectio? quando ueniam, &
Parebo coram te, hoc ſolutus corpore?
Fiat tamen non mea uoluntas, ſed tua.
Procumbã in hac umbra, & morabor gratiam.

SCAENA QVARTA.

Molobrus. Bronchus. Typhlus.

SAluete fratres atq; amici. Br. Tu quoq;
Salue peregrine. Vnde te ueniſſe in hanc
Noſtram Paleſtinam putabimus? Tuo

Siquis


Siquidem uidemus aliam ineſſe uultui
Formam & colorem aliumq; cultum ueſtibus.
Mol. Laconicos uobis L..conſtatum meum &
Quæſtum explicabo. Rebus infortunio
Luxúue decoctis, peragrata Hellade,
Deueni in Aſiam, & poſt Phrygas, Arabas Syros,
In his locis me cernitis, tantummodo
Fretum lyra, ioco, atq; mendicabulo.
Habetis itaq; me parem uobis breui
Fortunula. Si uultis ædes diuitum
Mihi indicare præuij, ego bomolochia,
Cantu, & lyra, uentri gulæq; conſulam.
Nec deerit æs marſupijs, nec edulium
Sitarchijs. Br. Quid Typhle reſpondebimus?
Ty. Rem offerret hic pulcherrimam. ſi ta[illegible] foret
Proba atq; honeſta, quã uidetur utilis.
Nos commodum nil ducimus, niſi quod ſimul
Probum atq; honeſtum iudices. Br. Quid igitur eſt
Quód plurimum dici ſolet, doctis quoq;,
Honeſtum id eſſe quod admodum ſit utile?
Ego ſatis honeſtum iudico id quod commodat.
Ty. O Bronche Bronche non ſapis quæ ſunt Dei,
Nec te pater cœleſtis haud docet, at caro
Tbi ſuggerit. Nam quamlibet docti ſient,
Qui hæc prædicant cœcutiunt, immo magis
Tota uia errant plurimũ. Br. Errant. Ty. Cæterũ

Tu


[illegible] non uales,
[illegible] colligo ex
[illegible] odis,
[illegible] ibus.
[illegible] diuites quod [illegible] pauperibus, id
[illegible], & [illegible] as [illegible] ſſime,
[illegible] ſuper [illegible]. Mol. En didaſcalum,
Qui plus ſatis [illegible] folio: An eſt
Quicq̃ prius [illegible] ſue commodo?
Dum extis pluit, non recipienda lancibus?
Tirqſa abi tu [illegible]. Iam tibi loquor
Dux claudicans, mecumne uis paciſcier?
Br. Videre tu noſtrę quidem inopię probe
Conſ[illegible], ſed religio ab hos diſcedere eſt
Cui [illegible] hic iam diebus pluſculis.
Ex ordine [illegible]: ſi uelis, non te ſequar,
Nec [illegible], [illegible] tus hęc mea inedia,
[illegible] ſuauioribus.
Ty. Sic Broeche, ſic uirum beatum prędicat
Pſaltes eum, cui Deus ſpes eius eſt,
Nec [illegible] reſpicit, falſas quoq;
[illegible] ias. Br. Solatur hęc me cantio
Mi Typhle, nec dum uixeris te deſerant.
Mol. Cęcutiens [illegible] adeſt. Iam faxo ut hic
Pro his ędibus ſuſcipiar ipſe in atrium,
Vos uelut inertes longius abigamini.

 Acci


Accina puer d[illegible] tripudio ſidibus meis,
Caueq; ab ijs quos Iuppiter ſignauerit.
Pu. Quibus putas? M. [illegible]dis, ſcabris, cæcisq; et id
Genus alijs hominibus uſq; ſubdolis.
[illegible] accine lyra, ſaltaq; iuſtis geſtibus.
Cedamus huc. Pu, Sequor. Valete ſordidi,




Struxi magnificas domos, Plantaui quoq; uineas,



Amœnis & in hortulis Diuerſo genere arbores




Seui fructiferas mihi, & Piſcinas ſata quæ irrigēt



Mendis.

Produxi. ſcaturigine.

Mēd.



Mẽd. Inter ſtulta et inania Hæc ſũt maxima uanita.

CHORVS.

Per Molobrum puerum & mendicos
Ex capite. 20. Eccleſiaſtæ.

STruxi magnificas domos,
Plantaui quoq; uineas,
Amœnis & in hortulis
Diuerſo genere arbores
Seui fructiferas mihi, &
Piſcinas ſata quæ irrigent
Produxi ſcaturigine.
Mend. Inter ſtulta & inania
Hæc ſunt maxima uanitas.
Queſiui mihi ſeruulos
Ancillasq; domeſticas,
Armenta atq; ouium greges,
Præ cunctis quoq; regibus
Qui ſunt quiq; futuri erunt.
Cum auro opes mihi plurimas
Raſi ex urbibus atq; agris. Mend. Inter ſt.
Cantantes pueros mihi

Conciui atq; puellulas,
Omnes delicias quoq;
Nati quas hominum expetunt,
Pro uino aurea pocula
Fundendo, & Ganymedeas
Qui Bacchum mihi miſceant. Mend. [illegible]
Quam nactus ſapientiam
Mecum perſtat in omnibus,
Non negaui oculis meis,
Permiſi quoq; cor meum
Partis uſq; fruiſcier.
Hanc partem ratus optimam
Voluptate fruiſcier.
Mend. Inter ſtulta &c.

ACTVS tertij SCENA prima.

Trimetri, vt reliqui omnes.

Triphera. Bronchus. Typhlus.
Molobrus. Ancilla. Lazarus.

QVis fœtor hic præ foribus? Amolimini hinc
Fex hominum ab ædibus meis longiſſime.
Qui aëra ſitu, pædore, pure, & ſordibus
Corrumpitis. Volo liberas ædes meas
A putido hoc hominum genere ſeruarier.
Br. O domina te mei miſereat obſecro.
Qui ferme ab incunabulis claudus, nihil
Laboris efficere queo. Tr. Non audio. Br. Heu

Ty. O domini [illegible] miſereat [illegible]
Qui matris [illegible] [illegible]
S[illegible]is [illegible]
Miſer uir is qui [illegible]
Miſerrimus [illegible] omnibus [illegible] ædibus
Qu[illegible] mihi [illegible] Tri. Ne[illegible]
dic. Ty. Heu [illegible]
Br. Eia domine. Tri. Non [illegible] Amoliemini hinc
Niſi uelitis fuſtibus propelli[illegible]
Heus Thraſo ades. Cynopæ[illegible] procul ædibus
Hi ſordidi in malam crucem nolint uelint
Abigendi erunt. Neq; te quidem [illegible]
Qui poplite flexo ſupplicas, admiſero. Laz. Heu
Tri. Omnem ſemel [illegible] hunc gregem diſperde[illegible]
Faciens [illegible] domum meam
Viliſsimi! Amodo nemini uel miculam
Impartiar niſi forte [illegible] canibus meis
Reſidua ſint. Laz. Hec [illegible] mea portia.
Tri. Quis tu peregrine [illegible] tibi quæ patria, aut
Ad ſaccellum quod adegit infortunium?
Mol. Molob[illegible] uides Laconicum, rei meæ
Me familiaris adegit huc profuſio,
Cantus, iocus [illegible] uentri conſulit.
Si mea operæ [illegible] iube ingredi.
Videbimus [illegible] in [illegible]
Pro[illegible] hic quæ audita [illegible]
O [illegible]

Aut uiſi ſunt ſtupido huic greg. ac tardo acti ſunt
Tri. [illegible] mea ſententia iam nacta ſum,
Vt hodie modos agas, chorum inſtruas,
Viroq; ducas obuium, qui pluribus
Iunctis ſibi procedet ad conuiuium.
Mol. Quod iuſſeris lepide exequar. Tr. Sta paululũ.
Ingredere Abra, & Thraſum & Cynopen euoca,
Qui me uocantem exiliter non audiunt.
Anc. Ibo here, & eos uocabo. uin reditura ſim,
An aliud expedire in ædibus iubes?
Tri. Ne regrediare, ſed ſtude, quo ſingula ad
Conuiuium quæ pertinent parata ſint.
Anc. Parata erunt. Tri. Dices quoq; familiæ meæ,
Vernaculis & liberis, ut ſe parent
Odæ & choro, quod mox herus uenturus eſt.
Nec pro tibicine amodo ſint anxij,
Quod ultro ſeſe hic obtulit, qui agat modos.
Anc. Sic dixero, faxoq; cuncta nitida ſint.
Tri. Abi. Hunc gregem tenebriconum non quea
Propellere.

SCAENA SECVNDA.

Cynopa, Triphera. Thraſus.

Cyn. ADſumus hera, nos uocaueras?
Tri. Vocaueram. Quid me foris mora- (minis?
Cyn. Canibus cibandis occupati neutiquam
Te audiuimus. dic quid uelis nos exequi.

Tri. Tu Thraſe duc hos intro, & ocyus optimo
Cibo atq; Iaccho exhilara. Thr. Agam fideliter.
Tri. Fuſtem deinde querneum cum aptaueris
Reuerte, ut hos uiliſsimos & improbos
Homines propellas ædibus. Th. Factum puta.
Tri. Quid eſt tibi in panario? Cy. Nil præter has
Canum reliquias pauculas, quas canibus his
Bipedibus animi gratia obijcere ſtatui,
Quò tu quoq; uideas foris lepidiſsimam
Captantium rem ludicram. Tri. Placet, obijce,
Abeant ut in rem peſsimã. Cy. Heus uos prendite,
Tri. Hahahe. canum in morem alter alteri bolum
Præripere fraude geſtiunt. Pol claudus hic
Non claudicat, cæco ſuo optima ſubtrahit.
Solus ſcabroſus nil capit, propter ſuam
Ignauiam aut inertiam. Cyn. Heus abite nunc,
Si non uelitis fuſtibus lumbifragium
Mox perpeti. Tri. Niſi ceſſerint mox Thraſo eos
Aſpellet hinc uerberibus. Heus, Tu nuncia
Hero apparata ſingula. Cyn. Hem, faceſſo hera.
Tri. Ibo intro, ut huc Thraſus moratur exeat.

SCAENA III.

Lazarus. Bronchus. Thraſus. Typhlus.

O Bronche Bronche, ut impie ac doloſe agis,
Qui non modo bolum mihi palam eripis,
Sed clanculo imponis uiro de te hactenus

Bene merito. Sed uideat æquus arbiter.
Br. Tace, iace, & putreſce ſordibus tuis
Scaber. quid omnium quæ habebas ſurpui?
Thr. Adhuc ne ſtatis, adhuc ne reſtitatis hic
Genus hominũ improbiſsimũ & uiliſsimũ. Br. Hui.
Thr. Iam (niſi manus mihi ſtupeſcant) fuſtibus
Ita uos emolliam, ut tum brachijs
Tum cruribus pax comminutis, haud ſecus
Ac polypus exoſſes ſolo incubetis. Br. Hau.
Thr. Quin cedis hinc, qui (ut audio) imponis alijs
Technis tuis? Br. Qui ceſſerim, qui claudico
Miſerrimus? Thr. Iam claudica. Br. Heu. Thr. Iam
claudica. Br. Heu. (panis eſt
Thr. Iam claudica. Br. Heu me miſerum, ut hic mihi
Acerbus & duriſsimus. Th. Quid tu quoq;
Moraris hic palpator improbiſsime?
Ty. Quo abibo, qui ſolis iubar non intuor
Hoc abſq; duce? Th. Duce hoc abi. Ty. Heu. Th. du-
ce hoc abi. Ty. Heu. (ab his
Thr. Duce hoc abi. Ty. Heu miſerrimum, qui nihil
Refero ædibus, niſi uerberum amplas copias.
Mi Bronche iam uirtute qua uales præi,
Te ego pone ceſpitans ſequar. Nobis Deus
Reponat hanc calumniam in ſinu Abrahæ.
In Lazarum nunc hulceroſum ſæuius
Multo (quod ereptare neutiquã ualet)

Graſſabitur. qui ut optimusq; & miles ...
Tergum eſt daturus caeſtibus. Spectaculis ...
Quanquam dolenda hinc eminus. Thr. Quid tu ...
Quos fert humus ſpurciſſime, necis pabulum, &
Orci cibus non hinc abis? non hinc abis?
Nō hinc abis? Laz. Heu me. Th. Vel ad coruos, ...
Baratrum, uel in malā crucem? La. O domine D...
Vide obſecro hunc meum laborem, & hanc mea...
Abiectionem, & omnium mihi propitius
Remitte noxam criminum, quia ſolus es
Qui tum laborem tum dolorem reſpicis.
Th. Quid murmuras? quin ſuſpicis? Laz. Sine me ...
Noſtræ moræ tibi amice cauſam dicere. (ſecr...
Th. Quā? dic breuibus, neq; enim tibi (q̄q̄ improb...
Inuideo tantum temporis. Laz. Videsne me
Miſerum? Thr. Video equidem, quem fuſtibus
Miſeris modis modo contudi. Laz. Videsne me
Adeo hulceroſo corpore, ut pedes meos
Non niſi dolore maximo reptandoq; hinc
Promouedm? Adhæc iam tertius agitur dies,
Quod dempta aqua, ob tantā omnium rerū inop...
Neq; calidum, neq; frigidum (uelut inquiunt)
Nec aridum, nec humidum ut os meum ...
Nam quod Cynopa impartijt modo largiter,
Non mihi ſed alijs commodat. ſine ergo me
Pro heri iacere foribus, ut uel miculis

[illegible] *opperas,*
[illegible] *hic*
[illegible] *ige. hic hering do-*
[illegible] *in*
[illegible] *ocyus.*
[illegible] *incidit.*
[illegible] *quo te traham.*
[illegible] *hac parte adium.*
[illegible] *orat* [illegible]
[illegible] *tuere ut* [illegible] *tor est.*
[illegible] *quod gradu*
[illegible]
[illegible] *gnate,*
[illegible] *has hoc plura & his*

LECTIO QUARTA.

HYMNUS [illegible] *Ex Psalmo 13.*
[illegible] *& Iambico dimetro tetra*
[illegible] *Aure quaeso & c.*
[illegible]

Quod ſi repulerit denuo, tolerabimus.
Neq; enim ſumus te digniores Lazare:
Sed hoc die nihil alimenti nactus es?
La. Quid hoc die? iam tertius agitur dies,
Quod panem in os meum miſer nos intuli:
Dolor hulcerum, tormenta dira uiſcerum,
Et alumna mortis morte acerbior fames
Me indeſinenter macerant, me concoquunt,
Et o utinam me morte celeri finiant.
Quiete tandem quo cupita perfruar.
Ty. Tui me amice Lazare miſeret profecto,
Et pro uirili te iuuare geſtio,
Nec (ita Deus Abraham patris noſtri me amet)
Vnq̃ bolum accipiam bonum, quem non libens
Et ultro tecum diuidam. Sed obſecro
Te, ne mala hæc quæ pateris aut paſſurus es,
Mentem tuam labefaciant, ſed omnia
Vincas pari patientia. Meminerimus
Iob hulceroſi, itemq; cœci Tobiæ,
Qui per fidem, innocentiam, & tolerantiam
Meruere dici & eſſe amici & filij
Dei optimi & ter maximi. La. Bene me mones
Mi Typhle, quod nil debeat mihi haberier
Virtute prius aut carius patientia.
Quàm & hactenus cunctis mihi ingruentibus
Malis perinde atq; clypeum oppoſui, neq;

Stultum

Stultum quid his in omnibus contra Deum
(Si recta conſcientia eſt) locutus ſum.
Ty. Sit laus Deo noſtro & patris noſtri Abraham.
La. Amen. Deus laudandus eſt in omnibus,
Nec quippiam noſtris paratur uiribus.
Laudandus eſt flagella ſiue immiſerit,
Siue ipſa tandem miſericors retraxerit.
Laudandus eſt de ipſa quoq; patientia
Quam mentibus noſtris benignus inſerit.
Nam noſtram eandem ob hoc potiſsimum aſtruo.
Quòd ultro nobis à Deo donata ſit.
Eoq́; ſolo gloriamur nomine,
Quòd nos ſibi ultro in filios quos corrigat
Delegerit. Quapropter hoc mihi unicum eſt
Solatium, quod in his mihi doloribus
Non pæperit. ſed quaſi ſcopon iaculantium
Me poſuerit. ſcio nanq; quiſnam dixerit.
Fili caue, ne diſciplinam negligas
Domini, neq; ab eo (dum arguit) defeceris.
Quem nanq; dominus diligit, caſtigat, &
Flagellat omnem filium quem ſuſcipit.
Ty. O Lazare, hæc pij hominis eſt meditatio,
Atq; ô utinam ego mente tam facili queam
Hanc cæcitatem perpeti. La. Sis bono animo,
In proximo eſt quòd à Deo illuſtraberis.
At fata noſtra in foribus eſſe conſpicor.

Ty. Quid mihi futurum neſcio. nouit Deus.
At te patris noſtri Abrahæ ſinus manet.
Br. Quouſq; tandem patre de noſtro Abrahām
Sine fruge diſputabitis? Veſtros logos,
Veſtras manus, omnemq; ueſtram induſtriam
Vænatui componite, ut ueſcamini.
Ty. O Bronche Bronche pluris eſcam corporis
Putridi facis, q̃ permanentis ſpiritus.
Non abſq; fruge loquimur, ut tu exiſtimas.
Br. Non abſq; fruge, ubi oſtium iam crepuerit,
Et exiet mox quipiam: Læmargus eſt,
Nugamini (ſi dijs placet) de ſpiritu.
An ſolus uſq; Typhle agam cauſam tuam?

ACTVS. I. SCENA. 8. Trimetri.

Læmargus. Cynopa. Mendici. Dæmones.

CYnopa ades. Quid hoc oſtium grex impudẽs
Hic obſidet? Br. Læmarge nobis obſecro
Pauxillulum aridi iube panis dari
Famentibus. Læ. Secedite. Ty. Oro. Læ. Te obſecro.
Læ. Secedite. heus ſceleſte ades. Dæ. Quid improbe
Seruum euocat? Læ. Me commodum ſecutus es
Mi Dæmones. Dæ. Cur obſecro? miror etenim
Quidnam tuus celer uolebat exitus.
Læ. Illiberale, & infidele, & reprobum eſt
Hominum hoc genus ſeruilium, cui ſerij

Negocij


Negocij tuto nihil committitur.
Certum eſt Cynopen hunc domum ablegare, ne
Si quippiam cum amiculis ſiue lepidis
Meretriculis prodegero, ipſe coniugi
Rem deferat. Dæ. Facies quidem prudenter. hos
Nam proditores experimur crebriter.
Læ. Heus furcifer, ſcelerum caput, quin aduolas?
Cy. Adſum here, quid eſt? Læ. Infuſa uina poculis?
Cy. Infuſa ſunt. Læ. Redi domum, atq; ſatage, ne
Quid imparatum inuenero. redi. Cy. Hem.
Læ. Mane. Cy. Hem.
Læ. Dic coniugi nos adſuturos meridie.
Thraſoq; dic, uino bibendo cantharum
Ampliſsimum paret, atq; cyathos aureos.
Toti deinde familiæ dicturus es,
Chorum inſtruant, modos coaptent muſicos.
Chorocythariſtas & choraules ordinent,
Qui carmine excipiant reuertentem, inſuper
Inter epulas modulis ſuis nos recreent,
Quod hunc diem genio dicare ſtatuimus.
Cy. Faceſſo, nunquid aliud eſt quod exequar?
Læ. Nihil. Cy. Valete. Læ. Noſtra agamus ludicra
Et aleis & orbibus luſorijs
In atrio. Dæ. Sic placet, & inter pocula.
Læz. Ah Dæmones te (obſecro) noſtri miſereat.
Læ. Tun hūc nutris putridū gregem pro his ædibus


 Et aſo

Et aſſuefacis ad atrium iſtuc Dæmones
Quin agis eos in maximam malam crucem?
De. Merito increpas, quod hi oſtium meũ ita obſidẽt
Vt uix queam ipſe uel ingredi uel egredi.
Poſt huc tamen non patiar, Amolimini hinc,
Niſi fuſtibus ſcapulas uelitis tundier.
Dudum ne te cadaueroſe hinc aſpuli?
Quid huc redis? huc Daue, Geta, Paleſtrio.
Ty. Cedamus hinc, cedamus horum inſaniæ.
Br. Cedamus, à ientaculo nonnulla ſpes
De partiendis reliquijs proponitur.
Prius oppleant gulam ſuam uſq; ad nauſeam.
Cy. Monſtri profecto aliquid alunt in ædibus,
Quòd ne ego ſciam, propellor illinc callide, &
Ne ſuſpicentur, longè abacti pauperes.
Aes prodigere, ductare ſcorta, aut fœdius
Aliud parant. Scio quã tum herus tum Dæmones
Sit pronus in libidinem. Abeo uti peragam
Quòd iuſsit, & curem cutem ientaculo.
La. Nil aſperum fratres mei ob contumeliam
Ex ore noſtro profluat, uerum magis
Hymnum Deo canamus, atq; ſupplices
Patrem precemur optimum. Ty. Ita mi Lazare,
Pſalmum canamus quemlibet. Tu præcine.


CHORVS. verſu Gliconico tetraſtropho,
ex Pſalmo. 86. Lazarus.

Aurem





Rep.



AVrem quæſo tuam mihi
Inclina dominans Deus,
Exaudiq; preces meas,
Cum ſim pauper inops quoq;.

PEPETITIO. Typhli & Bronchi ad ſingulos quaternarios,

Preces uotaq; pauperum
Exaudi dominans Deus.

LAZARVS.

Cuſtodito animam meam
Quod ſim ſanctus, & ex tua,

Saluum fac famulum tuum,
Pendentem aure Deus meus. Preces

Me Deus miſerare, quòd
Totam te inuoco per diem,
Et me lætifica, quòd ad
Te leuaui animam meam. Preces no. &c.

Cum tu ſis domine admodum
Suauis, mitis, & omnibus,
Qui te crebiter inuocant,
Plurimæ patientiæ. Preces no.

Qui rerum dominator es,
Auri admitte preces meas.
Auri admitte preces meas
Et dum te miſer obſecro. Preces no.

Cum inſtaret tribulatio,
Et multis premerer malis,
Ad te uociferabar. &
Audiſti gemitus meos. Preces no.

Haud quaquã eſt ſimilis tui
Inter milia numinum.
Non eſt qui ualeat Deus
Factis facta tua aſſequi. Preces no. &c.

Gentes cunctæ aderunt tibi, ad
Orantes tua numina,
Et tuum domine inclytum
Nomen glorificauerint. Preces no.

[illegible] es, & facio
[illegible] & in pale[illegible]
[illegible] preces [illegible]
[illegible] Preces uo. &c.
[illegible] iuire in uia
[illegible] le queam
[illegible] cor tuo [illegible]
V[illegible] timeat [illegible] Preces uo:
Toto in corde meo, Deus.
[illegible] habuere
[illegible] feruero
[illegible] perpetuò tuum. Preces uoteq;
In [illegible] facta tua est enim
[illegible] clementia maxima.
[illegible] animam meam
Clamant tartaro ab inferne. Preces uo.
[illegible] rgunt Deus impij in
[illegible] petentium,
[illegible] animam meam.
[illegible] rationem habent, Preces uo.
[illegible] cum dominans Deus
[illegible] miserans quoq;
[illegible] ad [illegible] citus.
[illegible] rex. Preces uo.
[illegible] aspice, &
[illegible] puero tuo.

Saluum

Saluum fac quoq; filium,
Quem peperit tibi uernula. Preces uota.
Fac mecum Deus in bonum
Signum, ut erubeant mei
Oſores, uideantq; quod
Me ſoleris & adiuues. Preces uotaq; paupi.

ACTVS ſecundi. SCENA prima.

TETRAMETRI.

Cynopa. Thraſus. Petrus.

Res admodũ moroſa mulier in ædibus, cui nihil
Fieri poteſt quin improbet, perpetuo amara
& aſpera,
Quæ uix ſinit pane atro, & atro caſeo ientarier.
Hero meo malim domi inſeruire cẽties, q̃ huic ſemel
Thr. Si impẽderemus plus decuplo q̃ uoramus, miti?
Vterq; nos tractaret, immo æquaret ipſis liberis
Fortaſſe fert ſubinde hera ægre, quod agimus ma-
nu aut pede, at
Quod dentibus ſic agimus, & qđ faucibus, id æger-
rime.
Cy. Mirũ qđ in minutulis tã ſint auari ac ſordidi.
Qui in ſumptuoſo epulo parãdo, ciuibus multo ſient
Profuſiores cæteris. Thr. Natura ꝓpria diuitũ eſt,
Seruare minima ſordide, et maxime nimis ꝓfundere.
Sed quicquid egerint heri (niſi durius plecti uelint)
Et ſuſtinere & abſtinere (ut inquiũt) ſeruos decet.

Nos

Nos itaq; herus qđ iuſſerat tibi, ſatagamus exequi
Menſam inſtruamus, lectulos ſternamus, atq; pocula
Pure eluamus, Frondibus dein atriũ exornemus, &
Chorũ ex ephebis & puellis ordinemus conſonum,
Ne ſit quòd oculos introgreſsi offendat, aut bilẽ excitet. (dijs.
Cy. Recte mones. Iã tandẽ adeſt coquus grauis cupe
Iurgabitur ſcio, et arguet nos ocij. Dæ. Quid hic ſoris
Nugamini? Nihil eſt in ædibus quòd exigatis? Th. eſt.
Sed te morati te ſequemur præuiũ. Sequamur hũc.
Cy. Vides caniſtrum quot ſequantur ultro paraſiton greges.
Thr. Quos tu mihi paraſiticos narras greges? An ſordidos
Illos canes, cœcos, ſcabros, claudosq; qui ſagacius
Opſonium aſſequi ſolent, q̃ damulas moloſsici?
Cy. Illos uolebã ſordidos. Eamus intro et hũc gregẽ
Foribus ſeratis arceamus ædibus. Th. Præi, ſequor.

SCENA. II. Tetrametri.

Bronchus. Typhlus. (ror

AVibus malis caniſtrõ id ſumus ſecuti ut augu
Auibus malis huc uenimus, uelut ex foribus his colligo. (his
Ty. Vt ominaris ſemper infœlicia. ecquid Brõche in
Foribus mali aut inauſpicatum cernitur? Br. Quod ædibus

His erimus excluſiſsimi. Ty. Qui. Brõche? qui; Br.
Serui improbi
His clathra portis obdidere ſerrea, ut longiſsimè
Nos arceãt ab atrio, adeóq; à caniſtri edulio (ſolet
Ty. Fortaſſe in his non habitat ædibus Datiuus (ut
Dici) ſed Ablatiuus epulo quiſpiã. Br. Certiſsimũ.
Nam quanq̃ is eſt argenti & auri copia ditiſsimus,
Byſſo ſuaui ſplendidáq; purpura ueſtitur, &
Quotidie opiparè et delicatè epulatur, attamẽ nihil
Impartit indigẽtibus. quod ipſe ab annis datã op
Typhle deprehẽdi pluribus. T. Fortaſſe captas à pl
Mendiculo q̃ conuenit. Pol diuites ſeſtertios (u
Nõ largiũtur ĩtegros, ſicut neq; chlamydas ĩtegras,
Artocreas nec integras. Pane arido at tenui ſtyp
Noſtra omniũ mẽdicitas contenta ſit. Br. Cõtẽta ſit,
Sed nec parum nec grande cuiuis porrigit. quis ſiet
Aut nudior Leberide, aut pauperior Iro ſeu Codro
Ty. Saltem lubens nobis dabit fruſta ſibi decidentia.
Bron. Licet manus pedesq; cũ polypo præ inedia
deuores,
Ne miculam panis quidem pietate motus porriget,
Vt eum ſuæ pingues offellæ electilesq; ſtragulent,
Ventremue craſſum lauta fercula diſſecent. Typh.
Meliora nos
Decet ominari ditibus, partẽ quibus debemus be
Noſtræ ſalutis maximã. quotquot ſum⁹ cæci, ſcabri,
Claudi

Claudiue, et id genus homines miſerrimi. Quid igi-
tur huc
Diuertimus, ſi ab hoc nihil nobis futurũ cõmodi,
Si eleemoſina ſperanda nulla Dæmonis ſub ædibus,
Præſtaret aliam (ut inquiunt) quercum excutere,
quã in hoc loco
Captare uentos retibus, poſceréue aquas è pumice.
Br. Audi. Vir hic pietate motus nil dixit, ueruntamẽ
Superare q͂d canib⁹ ſolet, nobis ſubinde obtruditur?
Paulũ moremur ad oſtiũ hoc iã proximi, ne forte qs
Nos anteuertat, & occupet locum aptiorẽ quæſtui
Nã uideo quoſdã incognitos huc aduolantes eminus
Et hulceroſum Lazarũ. T. Nil obfuturus Lazarus.

SCAENA. III. Trimetri.

Molobrus cum puero. Lazarus.

QVò reptat hic homo ſordidus? Pu. Neſcio equidem
Niſi ad huius ædes diuitis, nam ad oſtium
Hoc proximum plures manere conſpicor.
Mol. Rectè. hic erit fortaſſe uiſceratio,
Panumue diſtributio. Pu. Ipſum ſuſpicor,
Iterq; noſtrum commodè huc defleximus.
Mol. Quò tu hulceroſe reptitas? Laz. Aedes ad has
Viri propinqui diuitis. Mol. Quid diues hic
Impartietur indigentibus? ſtypes,
Carnesue, an ex pietate panes candidos?

Laz.

La. Neſcio mi amice quid modò hic ſperabimus?
Non ampliter ſolet hic ſua impartirier.
Vtinam mihi liceat uiri menſæ opiparæ
Impunè legere decidentes miculas,
Et pellere extremam famis moleſtiam,
In maxima hac rerum omnium penuria,
Mecum profectò bene actitatum plauderem.
Mo. Linquamus hunc. quo auertat hinc noſtros gradus,
Amplius & ipſe accipiat, hæc commentus eſt.
La. Non comminiſcor quicquam in hoc negocio.
Properate & experimini. uobis uelim
Plus obuenire quam mihi ſperauerim.
Mol. Hic hypocrita eſt, prorepat in malam crucem.
Pu. Vah purulente, tu dolo nos falleres?
La. D[illegible]ine Deus, quouſque tandem in hac miſer
Conualle lachrymarum, in hoc argaſtulo
Carnis putridæ, hominum manebo opprobrium?
Plæbis manebo abiectio? quando ueniam, &
Parebo coram te, hoc ſolutus corpore?
Fiat tamen non mea uoluntas, ſed tua.
Procumbam in hac umbra, & morabor gratiam.

SCAENA QVARTA.

Molobrus. Bronchus. Typhlus.

SAluete fratres atque amici. Br. Tu quoque
Salue peregrine. Vnde te ueniſſe in hanc
Noſtram Paleſtinam putabimus? Tuo


Siqui-

Siquidem uidemus aliam ineſſe uultui
Formam & colorem aliumq; cultum ueſtibus:
Mol. Laconicos uobis Lacon ſtatum meum &
Quæſtum explicabo. Rebus infortunio
Luxúue decoctis, peragrata Hellade
Deueni in Aſiam, & poſt Phrygas, Arabas Syros,
In his locis me cernitis, tantummodo
Fretum lyra, ioco, atq; mendicabulo.
Habetis itáq; me parem uobis breui
Fortunula. Si uultis ædes diuitum
Mihi indicare præuij, ego bomolochia,
Cantu, & lyra, uentri gulæq; conſulam.
Nec deerit æs marſupijs, nec edulium
Sitarchijs. Br. Quid Typhle reſpondebimus?
Ty. Rem offerret hic pulcherrimam. ſi tam foret
Proba atq; honeſta, quã uidetur utilis.
Nos commodum nil ducimus, niſi quod ſimul
Probum atq; honeſtum iudices. Br. Quid igitur eſt
Quòd plurimum dici ſolet, doctis quoq;,
Honeſtum id eſſe quod admodum ſit utile?
Ego ſatis honeſtum iudico id quod commodat.
Ty. O Bronche Bronche non ſapis quæ ſunt Dei,
Nec te pater cœleſtis haud docet, at caro
Tibi ſuggerit. Nam quamlibet docti ſient,
Qui hæc prædicant cœcutiunt, immo magis
Tota uia errant plurimũ. Br. Errant. Ty. Cæterũ


Tu quiſquis es, noſtro gregi addi non uales,
Qui ſanus & robuſtus es, quod colligo ex
Logis tuis. Nugis omiſſis improbis,
Manus honeſtis applica laboribus.
Ne diuites quod deſtinant pauperibus, id
Tu deuores, & euomas nouiſſime,
Coram ſuperno iudice. Mol. En didaſcalum,
Qui plus ſatis iam uictitauit lolio. An eſt
Quieq̃ prius præſtantiusue commodo?
Dum extis pluit, non recipienda lancibus?
Tircſia abi tu cæcior. Iam tibi loquor
Dux claudicans, mecumne uis paciſcier?
Br. Videre tu noſtræ quidem inopiæ probe
Conſulere ſed religio ab hoc diſcedere eſt
Cũ dedidi me iam diebus pluſculis.
Ex ordine acta. ſi uelis, non te ſequar,
Nec duxero, contentus hac mea inedia,
Magc q̃ tuis extis ſuauioribus.
Ty. Sic Bronche, ſic uirum beatum prædicat
Pſaltes cum, cui Deus ſpes eius eſt,
Nec uanitates reſpicit, falſas quoq;
Veſanias. Br. Solatur hæc me cantio
Mi Typhle, nec dum uixeris te deſeram.
Mol. Cæcutiens dux cæco adeſt. Iam faxo ut hic
Pro his ædibus ſuſcipiar ipſe in atrium,
Vos uelut inertes longius abigamini.

Accio

Accine puer cum tripudio ſidibus meis.
Caueq; ab ijs quos Iuppiter ſignauerit.
Pu. Quibus putas? M. [illegible]dis, ſcabris, cœcisq; et id
Genus alijs hominibus uſq; ſubdolis.
Iam accine lyra, ſaltaq; iuſtis geſtibus.
Cedamus huc. Pu, Sequor. Valete ſordidi,




Struxi magnificas domos, Plantaui quoq; uineas,



Amœnis & in hortulis Diuerſo genere arbores




Seui fructiferas mihi, & Piſcinas ſata quæ irrigēt



Mendis.

Produxi. ſcaturigine.

Mēd.



Mēd. Inter ſtulta et inania Hæc ſūt maxima uanita.

CHORVS.

Per Molobrum puerum & mendicos
Ex capite. 20. Eccleſiaſtæ.

STruxi magnificas domos,
Plantaui quoq; uineas,
Amœnis & in hortulis
Diuerſo genere arbores
Seui fructiferas mihi, &
Piſcinas ſata quæ irrigent
Produxi. ſcaturigine.
Mend. Inter ſtulta & inania
Hæc ſunt maxima uanitas.
Queſiui mihi ſeruulos
Ancillasq; domeſticas,
Armenta atq; ouium greges,
Præ cunctis quoq; regibus
Qui ſunt quiq; futuri erunt.
Cum auro opes mihi plurimas
Raſi ex urbibus atq; agris. Mend. Inter ſt.
Cantantes pueros mihi

Conciui atq; puellulas,
Omnes delicias quoq;
Nati quas hominum expetunt.
Pro uino aurea pocula
Fundendo, & Ganimedeas
Qui Bacchum mihi miſceant. Mend. Interſt.
Quam nactus ſapientiam
Mecum perſtat in omnibus.
Non negaui oculis meis,
Permiſi quoq; cor meum
Partis uſq; fruiſcier.
Hanc partem ratus optimam
Voluptate fruiſcier.
Mend. Inter ſtulta &c.

ACTVS tertij SCENA prima.

Trimetri, Vt reliqui omnes.

Triphera. Bronchus. Typhlus.
Molobrus. Ancilla. Lazarus.

QVis fœtor hic præ foribus? Amolimini hinc
Fex hominum ab ædibus meis longiſsimo,
Qui aëra ſitu, pædore, pure, & ſordibus
Corrumpitis. Volo liberas ædes meas
A putido hoc hominum genere ſeruarier.
Br. O domina te mei miſereat obſecro.
Qui ferme ab incunabulis claudus, nihil
Laboris efficere queo. Tr. Non audio. Br. Heu.

Ty. O domina te mei miſereat obſecro,
Qui matris ab utero uſq; in hunc triſtem diem
Solis iubar uidere non potui miſer.
Miſer uir is qui cæcus eſt domina mea,
Miſerrimusq; præ omnibus mortalibus.
Quare parum age mihi impartias. Tri. Non au-
dio. Ty. Heu.
Br. Eia domina. Tri. Non audio. Amolimini hinc
Niſi ſi uelitis fuſtibus propellier.
Heus Thraſo ades. Cynopa ades, procul ædibus
Hi ſordidi in malam crucem nolint uelint
Abigendi erunt. Neq; te quidem nouiſsimum
Qui poplite flexo ſupplicas, admiſero. Laz. Heu.
Tri. Omnem ſemel ſtatui hunc gregem diſperdere,
Facient ſibi tributariam domum meam
Viliſsimi? Amodo nemini uel micùlam
Impartiar, niſi forte quæ canibus meis
Reſidua ſint. Laz. Hæc ſit utinam mea portia.
Tri. Quis tu peregrine? aut tibi quæ patria? aut
Ad ſacculum quod adegit infortunium?
Mol. Molobrum uides Laconicum, rei meæ
Me familiaris adegit huc profuſio,
Cantus, iocus, chelyſq; uentri conſulit.
Si mea opera placet utier, iube ingredi,
Videbimur tibi plura multo in ædibus
Præſtare, q̃ promittere. Hic quæ audita forte

Aut uiſa ſunt, ſtupido huic gregi ac bardo acta ſunt
Tri. Te pro mea ſententia iam nacta ſum,
Vt hoc die modos agas, chorum inſtruas,
Viroq́; ducas obuium, qui pluribus
Iunctis ſibi procedet ad conuiuium.
Mol. Quod iuſſeris lepidè exequar. Tr. Sta paululũ.
Ingredere Abra, & Thraſum & Cynopen euoca,
Qui me uocantem exiliter non audiunt.
Anc. Ibo hera, & eos uocabo. Vin reditura ſim,
An aliud expedire in ædibus iubes?
Tri. Ne regrediare, ſed ſtude, quò ſingula ad
Conuiuium quæ pertinent parata ſint.
Anc. Parata erunt. Tri. Dices quoq; familiæ meæ,
Vernaculis & liberis, ut ſe parent
Odæ & choro, quòd mox herus uenturus eſt.
Nec pro tibicine amodo ſint anxij,
Quod ultro ſeſe hic obtulit, qui agat modos.
Anc. Sic dixero, faxoq́; cuncta nitida ſint.
Tri. Abi. Hunc gregem tenebriconum non queam
Propellere. ——————————

SCAENA SECVNDA.

Cynopa. Triphera. Thraſus.

—— *ADſumus hera, nos uocaueras?*
Tri. Vocaueram. Quid me foris moramini?
Cyn. Canibus cibandis occupati neutiquam
Te audiuimus. dic quid uelis nos exequi.

Tri. Tu Thraſe duc hos intro, & ocyus optimo
Cibo atq; Iaccho exhilara. Thr. Agam fideliter.
Tri. Fuſtem deinde querneum cum aptaueris
Reuerte, ut hos uiliſſimos & improbos
Homines propellas ædibus. Th. Factum puta:
Tri. Quid eſt tibi in panario? Cy. Nil præter has
Canum reliquias pauculas, quas canibus his
Bipedibus animi gratia obijcere ſtatui,
Quo tu quoq; uideas foris lepidiſſimam
Captantium rem ludicram. Tri. Placet, obijce,
Abeant ut in rem peſſimã. Cy. Heus uos prændite.
Tri. Hahahe. canum in morem alter alteri bolum
Præripere fraude geſtiunt. Pol claudus hic
Non claudicat, cœco ſuo optima ſubtrahit.
Solus ſcabroſus nil capit, propter ſuam
Ignauiam aut inertiam. Cyn. Heus abite nunc,
Si non uelitis fuſtibus lumbifragium
Mox perpeti. Tri. Niſi ceſſerint mox Thraſo eos
Aſpellet hinc uerberibus. Heus, Tu nuncia
Hero apparata ſingula. Cyn. Hem, faceſſo hera.
Tri. Ibo intro, ut huc Thraſus moratur exeat.

SCAENA III.

Lazarus. Bronchus. Thraſus. Typhlus.

O Bronche Bronche, ut impie ac doloſe agis,
Qui non modo bolum mihi palam eripis,
Sed clanculo imponis uiro de te hactenus

Bene merito. Sed uideat æquus arbiter.
Br. Tace, iace, & putreſce ſordibus tuis
Scaber. quid omnium quæ habebas ſurpui?
Thr. Adhuc ne ſtatis, adhuc ne reſtitatis hic
Genus hominũ improbiſsimũ & uiliſsimũ? Br. Hui.
Thr. Iam (niſi manus mihi ſtupeſcant) fuſtibus
Ita uos emolliam, ut tum brachijs
Tum cruribus pax comminutis, haud ſecus
Ac polypus exoſſes ſolo incubetis. Br. Hau.
Thr. Quin cedis hinc, qui (ut audio) imponis alijs
Technis tuis? Br. Qui ceſserim, qui claudico
Miſerrimus? Thr. Iam claudica. Br. Heu. Thr. Iam claudica. Br. Heu. (panis eſt
Thr. Iam claudica. Br. Heu me miſerum, ut hic mihi
Acerbus & duriſsimus. Th. Quid tu quoq;
Moraris hic palpator improbiſsime?
Ty. Quo abibo, qui ſolis iubar non intuor
Hoc abſq; duce? Th. Duce hoc abi. Ty. Heu. Th. duce hoc abi. Ty. Heu. (ab his
Thr. Duce hoc abi. Ty. Heu miſerrimum, qui nihil
Refero ædibus, niſi uerberum amplas copias.
Mi Bronche iam uirtute qua uales præi,
Te ego pone ceſpitans ſequar. Nobis Deus
Reponat hanc calumniam in ſinu Abrahæ.
In Lazarum nunc hulceroſum ſæuius
Multo (quòd ereptare neutiq̃ ualet)

Graſsabitur. qui ut optimusq́; & mitis eſt
Tergum eſt daturus caſtibus. Spectamus hæc
Quanq̃ dolenda hinc eminus. Thr. Quid tu omnium
Quos fert humus ſpurciſsime, necis pabulum, &
Orci cibus non hinc abis? non hinc abis?
Nõ hinc abis? Laz. Heu me. Th. Vel ad coruos, uel in
Baratrum, uel in malã crucem? La. O domine Deus
Vide obſecro hunc meum laborem, & hanc meam
Abiectionem, & omnium mihi propitius
Remitte noxam criminum, quia ſolus es
Qui tum laborem tum dolorem reſpicis.
Th. Quid murmuras? quin ſuſpicis? Laz. Sine me ob-
Noſtræ moræ tibi amice cauſam dicere. (ſecro
Th. Quã? dic breuibus, neq; enim tibi (q̃q̃ improbo)
Inuideo tantum temporis. Laz. Vidésne me
Miſerum? Thr. Video equidem, quem fuſtibus
Miſeris modis modo contudi. Laz. Vidésne me
Adeò hulceroſo corpore, ut pedes meos
Non niſi dolore maximo reptandoq́; hinc
Promoueam? Adhæc iam tertius agitur dies,
Quòd dempta aqua, ob tantã omnium rerũ inopiã,
Neq; calidum, neq; frigidum (uelut inquiunt)
Nec aridum, nec humidum in os meum intuli.
Nam quod Cynopa impartijt modò largiter,
Non mihi ſed alijs commodat. Sine ergo me
Pro heri iacere foribus, ut uel miculis

Quo

Quæ menſæ berili decidunt merear miſer
Vtcumq; reſocillarier. Nam ſi mihi
Defuerit hoc die edulium, non uixero
Vſq; in craſtinum. Thr. Viuas licet uel oppetas,
Nil proficis. Non te ſinam pro foribus his
Decumbere. La. Heu. Th. Te ſurrige. hac herus domum
Se conferet. ne peſtilens fœtor tuus
Naribus heri mei oboleat. Surge ocyus.
Quo genio in hoc (malum) cadauer incidi?
Sequere me, & huc te promoue, quo te traham.
La. Sequor libens. Th. Iaceto ab hac parte ædium
Per gratiam, nil impetraturus tamen,
Vt autumo. Hei, cadauere hic putidior eſt.
Recipere me domum neceſſe eſt, quòd gradu
Celeri Cynopa regrediens certo indicat
Inſtare tempus prandij. Quo ſmegmate,
Sapone quo manus meas hoc pure & his
Putoribus piabo, prorſus neſcio.

SCAENA QVARTA.

HYMNVS Lazari, Cũ mendicis, Ex Pſalmo 13.
Vſq; quo dñe obliuiſceris &c. Iãbico dimetro tetraſtropho. Eiuſdẽ toni cũ præced. Aurẽ quæſo. &c.

Quouſq; eris mei immemor
Miſerrimi domine Deus?
Quouſq; uultum amabilem
A me reflectes obſecro?


Quouſq; curis cor meum
Vaniſſimis afflixero,
Quæ animam meam mœroribus
Noctu diuq; macerant?
Mend. In Abrahæ ſinu &c. ut infra.
Quouſq; criſtas erigens
Hoſtis meus me deprimet?
Domine Deus me reſpice, ut
Exaudias preces meas. Men. In Abr.
Oculos meos illumina,
In morte ne unq̃ obdormiam,
Nequando præualuiſſe ſe
Contra me iniquus iactitet. Men. In Abr.
Si mouear exultauerint
Qui me premunt hoſtes mei,
Speraui at ego ſuper tua
Nitarq; miſericordia. Men. In Abr.
Letabitur quoq; cor meum in
Tuo ſalutari. Canam
Qui bona mihi tribuit Deo, &
Altiſsimo eius nomini.

REPETITIO Typhli & Bronchi a lon-
geſtantium ad ſingulos uerſus.


In Abrahæ ſinu quies
Solabitur nos Lazare.
Br. Crepũt fores, cedamus hac in uiculum. Ty. Hem.

SCENA V. Cynopa ſolus:


IAm ſtrata menſa,cibus paratus,& Chorus
Inſtructus eſt,ſolos qui edant requirimus.
Sed commodum,ſe promouent ex ædibus
Herus cum amico Dæmone,atq; e uiculo
Fratres ſequuntur quattuor.Miror equidem
Abeſſe quintum,eumq; natu maximum.
At propter illum infecta res non manſerit.
Iam tempus eſt Chorum foras uocarier,
Ne poſteaq̃ ſe uiri ſociauerint,
Nos imparatos occupent.Prodite nunc
Quotquot Chorum acturi eritis.Heus procedite.
Conuiuæ herusq; proximi.haud moremini.
Bene eſt,hera exit,& Chorum ipſa eduxerit.
Functumq; munere ipſa eum introduxerit.
Venia tua ſit factum hera,quod agam intus eſt.



Nil tãdẽ caro noſtra erit Quã extinctus ſocij cinis.



Inſtar mollis & aeris Soluetur quoq; ſpiritus.



Soluetur quoq; ſpiritus.

CHORVS *Puerorum & puellarum*

Carmine Glyconico. Sapien. 20.

Nil tandem caro noſtra erit
Quàm extinctus ſocij cinis.
Inſtar mollis & aëris
Soluetur quoq; ſpiritus.
Vt ueſtigia nubium,
Hæc ſic uita receſſerit.
Atq; inſtar nebulæ effluet,
Quæ Phœbi radijs liquet:
Vt umbræ quoq; tranſitus,
Vitæ tempus inanis eſt.
Nec quiſquam fuerit memor
Noſtri nominis amplius.
Ergo his dum iuuenes ſumus
Fruamur ſocij bonis,
Vltro dum ſimul affluunt
Cypris Bacchus & unguina.
AEtas dum cita florida eſt,
Vernent tempora floribus,
Anteq̃ uiolæ, roſæ, &

Blanda lilia marceant.
Expers lætitiæ & ioci
Noſtrum nemo ſit omnium,
Sors quòd una ſit omnibus
Hæc mortalibus optima.

ACTVS quarti SCAENA prima.

Iambici Trimetri. Læmargus. Demones. Tripbera. Aphron. Lazarus.

ROſam meam uides morantem Dæmones? Dæ. Video lepidã. nec noſtra in urbe ſecundã
Le. Eam⁹ intro, ut ſacrificemus Genio in his (habet.
Ei ſacratis ædibus. Dæ. Promptiſsimi
Miniſtri erunt. Laz. O uiri opulenti & diuites
Mei miſelli memineritis, cum bene
Vobis fuerit, ut gaudeam uel micula.
Tri. Salue marite, ſalue amice Demones,
Saluete fratres plurimum. Lætiſsimus
Veſter mihi mediusfidius aduentus eſt.
Fr. Tibi magnã habemus gratiã. Tr. Vbi Merimnus eſt?
Aph. In agris ſatis uel paſcuis. Tr. Quid ibi modò?
Aphr. Mihi ſollicitus argentum & aurum colligit.
Tr. Qui tibi? Ap. Quòd omnia cũ ſibi corraſerint,
Hereditaria mihi tandem ceſserint.
Nec liberos enim ille habet, nec cœteri.
Tri. Si tu ſuperſtes uixeris. Aph. Ego uixero, ut

Morientur hi, partis frui quod negligant.
Tri. Ingredere, ne primi abſq; te conſederint
Aph. Recte mones. La. Oro domina mei memineris.
Tri. Sequar obuium abſenti Cynopam emiſero.

SCENA SECVNDA.

Lazarus. Cynopa.

MI Deus, ut obſurdent mihi aures omnium.
Me negligunt quaſi non tuũ ſim plaſma, nõ
Seruus tuus, non filius tibi unicus,
Sed uelut abortiuum, quod à matris utero
Informe reijcitur foras. Anima mea
Cor triſtis es, turbasq; ſpiritum meum?
Spera in Deo, quia confitebor illi adhuc,
Soterion uultus mei, & Deus meus.
Cyn. Quis eiulat pro hoc oſtio? tun putide?
Abiueris conſultius, nequid mali
Tibi grauioris ingruat. Laz. Frater ſine, ut
Ex menſa heri uel bucceam carpere queam.
Cy. Nil obtinebis (inquio) ſile, aut abi. Laz. Heu.
Cy. Sedere quiq; ut prandeant modo ſympotæ,
Vorantq; primum ferculum. ſolus deeſt
Merimnus, ut eum dij morantem fame necent.
Sed eccum adeſt. eo, ut ipſum adeſſe nunciem,
Et ut ſecundas adminiſtrem mox dapes.
Laz. Heu quiſquis es miſerere Lazari, fame
Qui deficit. ———————————

SCENA

SCENA III.

Merimnus. Læmargus. Dæmones. Fratres.

—Quid hoc cadauer ad oſtium?
Saluete fratres combibones ſtrenui.
Læ. Ades,ſede,quid uſq; adhuc moratus es?
Pro more nunc menſæ meæ locum tenes
Nouiſſimum. Mer. Nouiſſimum? primum mihi
Videor locum ad patinam occupaſſe dapſilem. At
Volo,ne quis interturbet hanc cum his hoſtibus
Meam paleſtram ſciſcitationibus.
Læ. Haha he,id quidem frater uetas ſcitiſſime.
Nos noſtra promoueamus ampla pocula,
Donec Merimnus carnium unum aut alterum
Talentum edax glutiuerit. Mer. Ridete uos,
Potate uos,ego conſulam ſtomacho meo.
Læ. Sic cenſeo frater. Sed interim puer
Cum abſtuleris hæc,aliud repone ferculum.
Tibi Dæmones hunc cantharum amplum præbibō.
Dæ. Hunc non recuſo,nec ſecundum aut tertium.
Verum abſq; cantu commode nō hauſero.
Læ. Cantate,ut & ego commodius exhauriam.
Quid cantici? Dæ. Vulgare. Læ. puer infunde,quod?

CANtio compotantium Iambico dimetro.

Dæ. Circumferatur cantharus. Læ. Noui probe.
Circūferatur cantharus,canth. canth. canth. canth.
Exhauriendus ſingulis.

Fr. Ad

Fr. Admotus ori cantharus, canth. canth. &c.
Exhauriendus funditus.
Le. Exhauſtus hic eſt cantharus, canth. &c.
Et porrigetur proximo.
Fr. Circumferatur cantharus, canth. &c.
Exhauſtus. &c. Per ſingulos, ut ſup. conuiuas.
Læ. Appoſitum ut eſt nobis ſecundum ferculum,
Per ſingulosq́; exhauſtus hic eſt cantharus,
A poculis & cantibus iam paululum
Superſedendum exiſtimo. Mer. Næ ego in tuam (ut
Patinæ uacem) pedibus eo ſententiam.
Læ. Hem. quisq́; quod magis libet præhendito.
Menſam meam, uolo cuiq́; liberam.

SCAENA IIII.

Lazarus ſolus.

O Cui Deus tantam amplitudinem dedit
Rerum omnium, Læmarge locupletiſsime
Qui frugibus, qui paſcuis, qui copia
Argenti & auri maxima mortalibus
Præ cæteris ditatus es, per uiſcera
Pietatis in nos optimi Dei oro te
Et obſecro, ut parumper huc oculos tuos
Flectas, meiq́; miſerearis Lazari.
Non æs tuum aut ueſtes tuas, non quod tuam
Rem familiarem minuat aut grauet expeto,
Tantum dari mihi miculas quæ decidunt

Menſæ

Menſæ tuæ mi domine ſupplex poſtulo.
Inedia enim iam quatriduana ſquallidus
Tabeo miſer. Te moueat age communis hæc
Mortalitas, communis omnium parens,
Communis omnium Deus. Perpende quod
Pietate miſeris præſtita, non hoc modo
Merebere, ut lauderis à mortalibus,
Sed & à Deo immortalibus donaberis,
Tum gratia tum gloria. Nec aliquod hinc
Diſpendium facies, ſed amplo fœnore
Compendium. Nam fœneraberis Deo,
Si pauperi miſereberis. commiſſaq;
Crimina eleemoſynis tuis redemeris.
Eia ergo paulum reſpice, & uide caput,
Manus, pedes, cœteraq; membra corporis
Ita obeſa tabo & purulenta, ut non queam
Loco moueri quolibet, & amara mors
Mihi imminet, ſi abs te nihil recepero.
Nam cor meum defectio atq; anguſtia
Tenet ultima, & fatiſcit æger ſpiritus.
Quare age domine ſine buccam mihi porrigi.

SCAENA QVINTA.

Læmargus. Thraſus. Triphera. Fratres. Cynopa.

QVis gannit hic pro foribus? An non crebriter
Interminatus utriq; ſum, ne quemlibet
Quonis modo mendiculorum herilibus

Admit-


Admitteretis ædibus, ſi quo minus,
Vos mox futuros ulmeos: Nulli omnium,
Neq; putrido huic qui ſe uocauit Lazarum,
Vel miculam dare panis eſt ſententia.
Fra. Proba hæc quidem ſententia. Hi conuiuium
Turbant ſuis clamoribus, nares quoq;
Noſtras malis lędunt ſuis fœtoribus.
Tri. Et ego prius tibi Thraſe iußi ſerio,
Vt hos abigeres fuſtibus longißime.
Thr. Id ſedulo equidē fecerā. Nam & Lazarū hūc
Duris cecidi cæſtibus. Verum tamen
Cum promouere ſuos gradus non poßiet,
In alterum minus frequens latus ædium
Retraxi eum, miſertus ægritudinis.
Læ. Tun' furcifer miſeratus hunc fœdißimum,
Imperia herilia negliges: I denuo, atq;
Hunc lazarum (niſi abeat) ad coruos trahe,
Niſi cute noua illico uelis ueſtirier.
Thr. Eo. Læ. Abi. Cynopa iurulenta hæc fercula
Sepone, & aſſa repone, tracta uerubus ex
Feruentibus, quòd hi uoluptuarij
Aſſa eſſe quàm quæ elixa ſunt obſonia
Magis appetunt. Nos noſtra agamus poculis.
Fra. Non abſq; cantu proprio. Læ. Placet admodum.
Ego præcinam, ſuccinite uos alacriter.

CANtio compotantium uina. Iambico dimetro.


Propi-




Propino cy a thũ proximo Exhauri endum ſe-




du lo Pro pi no cy athũ proxi mo, pro pi no.



Apponit ori blãdulũ Exhauriendũ poculũ falerni.




Vide te fun dũ in poculo, Quod ebi bi iam ſe-



dulo, Vide te fun dum in po culo, ui de te.

Fratres.



Replete uino blãdulũ huic porrigẽdũ poculũ æpi-
(quo.
Dæ. Propino cyathũ &c. p ſingulos ut ſup. cõuiuas:
Læ. Tantum moratus furcifer? Thr. Modò propero.
Læ. Claude oſtium. heus adfer Cyncpa ferculum.
Vbi iam quieuit poculum. Cy. Hem tibi ferculum.
Læ. Mutato quadras primulũ. Cy. Hẽ tibi quadras.

SCAENA SEXTA.

Thraſus. Lazarus.

QVid hoc noui? lingunt canes miſeri hulcera:
Iam non ualet herum arguere parſimoniæ,
Cuius canes gratis medentur cruribus.
Heus tu hulcerate reſpice huc. quid muſsitas?
Dormis ne ſtupide Lazare, an uigilas? cedo.
Loquere mihi, ſurgas oportet ocyus,
Et ultro abire, uel abſtrahi in malam crucem:
Heus ſtupide, ſurge, ſurge, ſurge. Vt eſt miſer?
Proh Iuppiter, morti hic uidetur proximus.
Stupor, paroxyſmus, oculi attoniti, quies,
Mortis propinquæ indicia ſunt. Heus Lazare.
Laz. Domine Deus multo mihi melius mori,
Quã uiuere. Th. Heus heus Lazare. La. O amice mi
Sine

Sine me obſecro in tranquillitate mori, cui ita
Tranquillitate uiuere haud permittitur.
Me ſuſtine obſecro paululum, poſt hunc diem haud
Erit moleſtus Lazarus. Thr. Proh Iuppiter
Hic moritur, atq; ſola inedia moritur, ut
Omnes herum Dei ſuperne concrement.
Qui non ſinit uel miculam in rerum omnium
Affluentia pauperibus elargier.
Ego uerna ſum, nil poßidens, malo tamen
In ſeruitute degere, ac cum diuite hoc
Affluere, ſed nil pauperibus impendere.
Dolor afficit me, & horror ingens occupat
Mentem meam, præſente ueluti numine.
Ibo intro, ut hæc hero meo renunciem.

SCAENA VII.

Thraſus. Læmargus. Cõuiuæ omnes. Angelus.

HEus heus. Læ. Quid eſt? Th. Apperite mox.
Læ. Inſanus es?
Quid clamitas? Thr. Huic Lazaro mors imminet.
Oculi ſtupentes, rigida frons, labra pallida
Mortem propinquam nunciant. Læ. Sine ergo, ne
Torqueat aliquis in nos necis calumniam.
Ingredere. Nos indulgeamus epulo. Vt eſt
Amice Dæmones? Vt uxor eſt? ut eſt
Fratres mei? moriatur bulceroſus hic,
Obſtreperus hic, nobis moleſtus Lazarus.

Nos noſtra agamus Dæmones, tu his clunibus
Lepuſculi clunes tuos paſce. Hosq; tu
Merimne quin capunculos deartuas?
Quin uxor hæc diſcerpis altilia? Quid hos
Fratres mei non diſſecatis turdulos?
Perdiculas, ficedulas, & mergulos?
Porrigite, ut hæc pellamus ultro tædia.
Cynopa fac, uini adferatur copia. Fr. Hem,
Pellamus ultro tædia. Læ. Vt mea amiculi
Res familiaris complacet? (quo ſit quod hic
Anſam iocandi & fabulandi præbeat,)
Quæ cuiq; pulchra uiſa ſint, hæc ordine
Laudabitis. Dæ Belliſsimo bella uxor eſt.
Gau. Domus ampla. Cib. familia amplior. Eto. At ampliſsimus
Hic apparatus. Aph. Liberi omnibus eminent.
Læ. Merimne ager qui ſeſe habet? nam te foris
Dudum ueniſſe ſuſpicor. Mer. Quàm uberrime
Frumento, oliuo, uino, & alijs arborum
Confertus eſt tibi fructibus. Caulæ gregum
Pecudumq; ſtabula plena ſunt, & paſcua
Lætiſsima, adeo ut amplius nil poſtules.
Nam tanta copia fructuũ eſt, ut in horreis
Tuis uel apothecis recundere nequeas.
Læ. O fors, quibus te laudibus dignè efferam?
Quod cuncta mihi ſucc:dant ex ſententia?

Sed

Sed hoc malum, quòd neſciam fructus meos
Quo conuehebam. Nihilominus ſic fecero:
Ruptis ueteribus horreis noua denuo
Et ampliora extruxero, quo congeram
Quicquid mihi natum eſt in agris fructuum.
Tum dixero in iucunditate animæ meæ
Euge anima mea nūc multa habes bona in horreis,
Repoſita in annos plurimos, quieſce, ede,
Bibe, & epulare, pro tuo ſolatio.
Eia ergo amici epulemur, & ſolatio
Fruamur hoc die & per omnia tempora.
Ang. O ſtulte, mox animam tuam repetent, & hæc
Quæ congregaſti cuius hinc futura ſunt?
Iam finis erit omnis tui ſolatij.
Læ. Quis tu? Ang. Dei ſum nuncius. Mors imminet
Tibi, nec in diem alterum uicturus es.
Vx. Quid concidit Læmarge mi uultus tuus?
Quid pallor hic ſubitusq; te tremor occupat?
Quid habes anima? Fr. Læmarge quid nos territas?
Læ. O amiculi, Mors imminet, mors imminet.
Fr. Mors tibi? Læ. Mihi. Deus mihi locutus eſt,
Mors imminet. Mox irruere uidebitis,
Qui animam meā rapiēt ad atra tartara. Vx. Heu.
Læ. Animæ male eſt. Dæ. Clauſo oſtio ponendus eſt
In lectulo. Fors obrutus potu ac cibo
Dum cubuerit ea digeret. Fr. Bene conſulis.

 Ponatur

Ponatur hoc in lectulo, medicus quoq;
Mox aduocatus conſulat, quid facto opus eſt.

SCENA OCTAVA.

Diaboli 2. Angeli 2. Lazarus. Fratres


Aſt. QVo ſacculum fers Belial?
Bel. Ad hunc uoracem diuitem.
Aſt. Quis uſus iſthic ſacculi?
Bel. Feram inſeremus blandulam.
Aſt. Tam delicatam hanc animulam?
Bel. Hanc blandulam & uagam animulam.
Aſt. Hic Lazarus ne noſter eſt?
Bel. Prius iſthud explorandum erit.
Ang. Morti propinquat Lazarus fame & ſiti
Confectus, ad epulonis huius ianuam
Venite conſolemur ipſum, ut hoſtibus
Procul fugatis, carnis hoc ergaſtulo
Soluamus, & ſinui inferamus Abrahæ.
Ang. Eamus ut tandem quieſcat Lazarus.
Ang. Eamus, En quam uerus eſt ſermo Dei.

Præcinet unus angelorum. Eſaie 57.




Iuſtus pe rit, nec quiſpiã Qui cu ret eſt, Aufertur

hinc



hinc Nemoq́; qui conſyderat. Aufertur impio gre-




gi uiuentium, In pace attamen erit ſepultura ipſius.

La. Quid uos mihi cruentæ adeſtis beluæ?
Non ueſtra me ingluuies, ſed Abrahæ ſinus
Excipiet, haud ueſtro baratro cibus ero.
Ang. Quid Lazaro funeſtæ adeſtis beſtiæ?
Non ueſtra eum ingluuies, ſed Abrahæ ſinus
Excipiet. Ite, aliam feram uenamini. Dia. Hau.
Fra. Papæ, papæ, quæ hæc monſtra ſunt, fugiamus hinc.


CHORVS SEV HYMNVS LAZARI MOrientis, Ex pſalmo 31. In te domine ſperaui.

In hoc Lazarus per ſingulos uerſus iuſtos oſtendat affectus, tum manuum extentione & cõplicatione, tum oculorũ ſubleuatione. &c.

Lazarus morti uicinus.




Cũ tibi ſidã dominator uni Orbis, haud quaq̃ pude-




ſiã ĩ æuũ, Hac me ab ærũna tua ĩ æq̃tate Eripe tãdẽ


Repetitio angelorum duarum uocum.



Ad ſi nus blan dos Abrahæ



uo ca ris Lazare ſide.



Ad ſinus blãdos Abrahæ uocaris Lazare ſi de.

Flecte

Flecte ad infirmum pietátis aurem
Sordidum ac ſontem tibi ſupplicantem,
Vt metu mortis celer eruas me, &
Faucibus orci. Ad ſin. &c.

Eſto protéctor Deus atq; aſylum
Hoſtibus cincto, pauido, ac relicto,
Quo tibi acceptam referam meam omnem
Vſq; ſalutem. Ad ſin. &c.

Nánq; tu uirtus mea, tuq; aſylum
Vnicum quo confugiam miſellus
Ac tua me pro bonitate duces
Enutriesq;. Ad ſin.


Me abdito educes laqueo redemptor,
Quem tetenderunt miſero doloſi,
Quando protector meus es fidelis
Solus ubiq;. Ad ſin. &c.

Ergo commendo dominator orbis
In tuas palmas animam hanc, ut ipſam
Morte ab æterna redimas miſertus
Vere redemptor.

Præcinet unus angelorum.




Altiſsimum poſuiſti in hoc Tibi refugium Lazare.




Nullũ tibi adueniet malũ, Nec plaga tuo habitaculo.

Repetitio duorũ angelorũ cũ duabus uocibus



In Abrahæ ſinu malis Pulſis quieſces La zare.



In Abrahæ ſinu malis Pulſis quieſces La zare.

Quod angelis Magnus Deus
De te ſuis mandauerit,
Vt te tuis in omnibus
Itineribus cuſtodiant: In Abr. &c.
Manibus ſuis te baiulent,
In lapide ne offendas pedem,
Pede cum leone draconéq;
Baſiliſcum & aſpidem teres. In Abr. &c.

ACTVS quinti. SCENA prima.

Typhlus. Bronchus.

CVm iam putem mi Bronche diuitis illius
Dudum ſolutum prandium, & aliquid ſolet
Subinde (ut inquis) diuidi iudigentibus,
Quid ſi eminus petamus ædes denuo?
Br. Rectè eminus, nam cominus cum panibus
Condiuiduntur uerbera. ſequere. duxero.
Ty. Sequor. præi. longè & ſeorſum ab oſtio.
Br. Heu heu Domine Deus, quid aſpicio eminus.
Ty. Quid? Br. Lazarũ. Ty. Quid Lazarũ? Br. Heu me, mortuum.
Ty. Quid mortuum? Non ſpero. qui fieri queat?
Te fallit aſpectus. Br. Vtinam, quia mortuus.
Iam doleo quòd modo bucceas è dentibus
Eripuerim miſerrimi. Ty. Mi Lazare
Homo Dei, tun mortuus? Iam non queo
Quin lachrymer. Sed Bronche quid concilij habes?
Haud canibus hic linquendus eſt. Br. Minimè, aſt ego
Transferre poſſum neutiq̃. Ty. Id equidem ſcio. At
Tu diriges me, & commodè quantum uales
Mecum cadauer eriges, ego in humæris
Te præuio geſtum ſepulturæ inferam, &
Terra obruam Br. Bene conſulis, ſed celeriter
(Quòd in ædibus tumultus eſt) agenda res,
Ne prodiens huc quiſpiam nos opprimat.
Tu hũc prandito humerũ dexterũ. Ty. Hem. Bro. Viriliter.

Ty. Paulò altius leuato. ſic. Placidè præi.
Melior mihi uideor quòd hunc ferre mereor
Crepit oſtium, deflecte greſſum in uiculum.

SCÆNA SECVNDA.

Oeconomus. Triphera. Dæmones.

TAnto in pauoreq́; deplorata erit
Conſilio opus, noſtrum ut malum meliuſculum
Fiat. Hera ſi nos audias, cadauer hoc
Foras iubebis extrahi execrabile.
Ne plus mali per ipſum impendeat
Tri. Virum meum ego foras trahi iubebo? Oec. Tu.
Si me audias. Tr. Et quo foras? Oe. Procul è domo in
Malam crucem, quòd deſtinatum orco uides
Atq́; maledicto obnoxium. Tri. Video heu dolor.
Sed abſq; pompa & abſq; honore funeris?
Oec. Abſq; omni honore, non ſecus q̃ aſinum obruas.
Quòd minimè eum deceat honore proſequi,
Quem iuſtus arbiter Deus reiecerit.
Dæ. Suades bene Oeconome mea ex ſententia.
Foras trahi ſinamus illud, quòd Deus
Adeò pſtuẽdo prodigio his in ædibus
(Vt proh dolor uidemus) execratus eſt.
Ne nos quoq; ſimilis calamitas opprimat,
Qui neutiq̃ illo ſanctius uitam egimus.
Tri. At hoc cui negocium commiſero? An

Domeſtico, quo tum mihi, tum familiæ,
Tum fratribus ſit ſempiterno opprobrio?
Oec. Minime. Sed introductus eſt paulo prius
Huc Buttubatta exoticus, cui tradito
Philippeo uno aut altero cadauer hoc
Peplo obuolutum dabimus, ut priuſq̄ heri
Necem reſciſcat populus, extractum foras
Loco in prophano procul ab urbe humo obruat.
Dæ. Recte quidem tu denuo, quia neutiquā
Populo poteſt quod accidit cælarier.
Tri. Quid ſi tamen dicamus hunc ſolita nece
Quāquàm repente mortuum? quid ni queat
Celarier? Oe. Profecto domina non queat.
Sunt nanq; pueri, ſunt puellæ, ſunt quoq;
Mancipia rimoſa tibi ubiq; perflua,
Nihil queat fore tacitum, ut ſileam interim,
Quòd hanc necem Deus arbiter ſic horridam
Nunq̄ premi ſilentio paßurus eſt.
Quàm in hoc parauit, ut eſſet exemplo omnibus.
Agamus igitur ne furorem & impetum
Populi in te, & in fratres, & in domum tuam
Quàm plurimum inuiſam excitemus, neq; Dei
Iudicia formidanda contra nos magis
Hinc prouocemus. Tri. Occidi miſerrima.
Dæ. Sic expedit Triphera. Oe. Immo nō ſolū expedit,
Sed & neceſſe plurimum, actutum quoq;

Fœtoribus præ maximis. Tri. *Fiat igitur*
Quod utile in commune uos decernitis.
Oe. *Iam ſapis. eamus intro, & hoc negocium*
Mandemus huic exotico. Dæ. *Triphera præi.*
Tri. *Hei fœtor intolerabilis.* Dæ. *Naſum obſtrue.*

SCAENA TERTIA.

Thraſus. Cynopa.

HIc tantus eſt fœtor putris cadaueris,
Vt in ædibus nulli queant conſiſtere.
Subduxero me aliquantulum, & me dixero,
Qui abeſt, Cynopen hic foris morari, ut hac
Occaſione liberer fœtoribus.
Quàm iuſta ſunt magni Dei iudicia: Nam
Qui Lazari faſtidiebat hulcera,
Iam putris omni familiæ eſt faſtidio. Aſt
Vbi Lazarus? Num mortuus translatus &
Sepultus eſt? Malim cum eo me mortuum,
Quàm cum uorace uiuere & epularier.
Malint quidem quæ geſta ſunt ſilentio
Tegi, at expedit palam indicari, quid domi
Noſtræ accidit, Læmargus ut hic extinctus eſt.
Clamabo & eiulabo tanquã triſtior:
Heu heu tribules, res dolenda hic accidit.
Herus meus Læmargus infœliciter
Extinctus eſt. Cy. *Quid debriatus clamitat?*

Thr.

Thr. Adeſt Cynops uini onuſtus utribus.
Haud quaq̃ in uſum ſuauè conuiuantium.
Cy. Quid rauce rabula inebriatus clamitas?
Thr. Nec ebrius, nec abſq; cauſa clamito:
Nam extinctus infœliciter Læmargus eſt.
Cy. Extinctus eſt? Th. Extinctus eſt. Cy. Quemadmo-
Thr. Cum dapſilem lætumq́; ſe ſolito magis (dũ?
Præberet hoſpitibus, repente è turbine eſt
Prolata uox, quam omnes quidem tum audiuimus,
Sed ſolus intellexit is cui facta erat,
Hunc continens ſenſum: Illico moriturus es,
Vt ipſe paucis indicauit poſtea.
Subito pauet, pallet, tremit, collabitur.
Dein lectulo cum impoſitus eſſet, illico
Duo monſtra in ædes proruunt adeò horrida
Cynops, ut atros dæmones non ambigas.
Cy. Papæ. quid hoc miraculi? Thr. Audi cœtera.
Diffugimus qui aderamus omnes territi.
At dæmones (ut credimus) miſeram animam
Quas attulère fuſcinis atrociter
E pectore euulſere, & in teterrimum
Barathrum indidère, ad inferos ut transferant.
Poſtilla nuſquã uidimus, ſed mortuum ac
Diſcerptũ herum depræhendimus. Cy. Pauẽda ſunt
Quæ Thraſe memoras, At quid uxor apparat
Cum fratribus pompæ ſepulchrali? Thr. Nihil.

Mens

Mens deficit, animus labaſcit, negligunt
Omnem ſepulturæ apparatum ſplendidum.
Aſini ſepultura uidebis extrahi
Funus foras inglorium. Cy. *Quis extrahet?*
Thr. *Is buttubatta lyricrepa & mendiculus,*
Quem hera excipi mandauerat, conductus eſt
Vt id auferat, philippeo. quòd impij
Manente funere in ædibus, nemo audeat
Neq; poßiet præ maximis fœtoribus
Domum ingredi. Cy. *Quis audeat noſtrum quoq;*
Domum ingredi? niſi obruto cadauere?
Thr. *Sta hic paululum, uidebis omnes progredi,*
Saneq; hero pompam exhibere ſplendidam, huc.

SCAENA QVARTA.

Oeconomus. Dæmones, cum familia,
& fratribus. Molobrus.
Diaboli 2. Serui 2.

PRæite porro, odore ne cadaueris,
Quem pertulimus in ædibus, teterrimo,
Etiam foris cogamur affici & infici.
Fam. *Papæ, papæ, quæ horrenda ſpectra denuo?*
Bel. *Rapiamus hoc cadauer execrabile,*
Polo ſoloq; pondus indigniſsimum.
Aſt. *Quo Belial?* Bel. *In noſtrũ amœnum tartarum.*
Aſt. *Rapiamº hoc. rape Belial.* Be. *Trahe Aſtharoth.*

Aſth.

Aſth. Tollamus hinc hoc corpus execrabile.
Dæ. Adhuc ne ceſſauêre ſpectra? Adhuc ne ſtat
Feretrum integrum? Oe. Feretrum integrum, neq;
ſpectra ſunt.
Quo ſe modo ueſpillo proripit? Dæ. Eccum, adeſt.
Mol Quid numinis me in hanc tulit dementiam?
Vt hoc βδέλυγμα hinc extrahendum ſumpſerim,
Horrore tanto, ut iam fere exanimatus ſim?
Ades puer, te operi applica, haud modo ſpectra ſunt,
Quid hoc rei? Non amodo ſe torqueant
Boni uiri, putore enim ſunt liberi.
Quod ut animam, ſic corpus atri dæmones
In tartarum (uelut arbitror) ſubtraxerint.
Vſq; adeo leuis hæc arca mortualis eſt.
Verum trahamus, præmium ne ſubtrahant.
Oe. Non fabulandi hic eſt locus. procedite. Mol. Hĕ.

SCAENA QVINTA.

Thraſus. Cynopa. Oeconomus.

En ſplendidam claramq; pompam diuitis.
Cy. Non aliter ac aſinus foras eijcitur. Thr. En
Qui Lazaro locum negabat publicum,
Propria domo iã pellitur. Oe. Quos audio? Cy. Hui.
Videas licet. Oe. Seruate res, mox adero. Thr. Abi.
Abſentibus nunc omnibus, ſine ſcrupulo
Eamus intro, & reliquijs ciborum, & hoc

Baccho

Baccho cutem curemus. Cyn. Id longe optimum.

SCAENA VI.

Læmargus. Abraham.

VIdeo ne te pater Abraham? Abr. Fili uides.
Læ. Nũ et Lazarũ in ſinu tuo? A. uides quoq;.
Læ. Mitte obſecro pater Abrahã ad me Lazarũ, ut
Intingat extremum ſui digiti in aquam, &
Linguam meam refrigeret, quia crucior in
Hoc igne flammanti miſer. Abr. Reminiſcere
Fili, quòd in uita tua, tua commoda
Acceperis, contraq; Lazarus mala.
Nunc igitur hic ſolatio perfruitur, &
Tu affligeris. & ſuper omnia hæc magnum chaos
Firmatur inter uos & hos, ut qui uelint
Ad uos uenire non queant, neq; inde ad hunc
Noſtrum locum conſcendere. Læ. Id ſi pernegas,
Mittatur in domum obſecro patris mei:
Nam quinq; fratres ſunt mihi, quos terreat,
Ne & ipſi in hunc ueniant locum cruciatuum.
Abr. Moſen habent ſuum & prophetas cœteros,
Quos audiant. Læ. Non Abraham. At ſi quiſpiam
Ex mortuis reſurgat, illi creduant.
Abr. Si Moſen non audiunt, neq; quempiam
Qui ex mortuis denuo reſurgat audient.
Te cœterum flammæ manent uſq; in diem
Nouiſſimum, & mecum quieſcet Lazarus.

OECONOMVS
Ad ſpectatores.

Vos qui adfuiſtis ludicris ne ſtate, ſed
(Si me audiatis) amodo neq; coniugem,
Neq; liberos, neq; gaſtrimargum ab inferis
Hodie reuerſuros domum moramini.
Quòd horrida uiri impij nece territi,
Se alio recipient ueſperi, nobisq; rem
Omnem domeſticam relinquent uſui.
Ite, atq; nobis ſi placuimus plaudite.

FINIS.

Blank page in folio.

Correct.

IOSEPHVS MACROPEDII, FA- bula ſacra, pietatis & pudicitiæ cultoribus perlegenda.

GEORGIVS MACROPEDIVS Iacobo Delſio S. D.

Poſtliminio fortaßis mi Iacobe Ioſephũ meam recipere tibi uideberis, quòd eam tibi ab anno ſuperiori dicauerim, & nihilominus hactenus, dum tranſcribere meditarer, quaſi captiuã ſeruauerim. Cauſam tamẽ dilationis, ubi me audieris, in perpetuas meas tum domeſticas tũ ſcholaſticas occupationes reijcies ſcio, quibus nimirum ita diſtineor diſtringorq́;, ut uix interim mihi proprijs liceat commodis et neceßitatibus inſeruire. Accipe igitur litterariũ hoc (tametſi exiguũ) ex noſtra lucubratiõe munuſculum, boniq́; conſule. Et ſi quidem arriſerit (id quod ipſe uelim) trade incudi in omniũ ſtudioſorum utilitatem, ſi ſecus, ita ſupprimatur, ut mihi nihilominus exemplar denuo recognoſcendũ relinquatur. Neſcio enim quo pacto (ut omnium incommune animantiũ habet natura) fœtum quæq; ſuum mater, quãtumuis infœliciter æditum, ſeruatũ non

extinctũ cupiat, niſi quod (ut ueteri prouerbio dicitur) ſuũ cuiq; pulchrũ. Nam & ſimia catulos ſuos tametſi deſormes nutrit, fouet, & amplectitur. Vrſaq; fœtum informem (ſi Plinio credimus) paulatim lambendo format & figurat, figuratumq;, ut teneriter foueat, pectori ꝓpenſius apprimit. Hæc ioco dicta ſint, tu ſerio fabulam diſpice, & tuo pro iudicio examinatã tractita. Vale mi Iacobe, meq; ut ſoles ama.

Ex Traiecto anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo quarto. 16. Auguſti.

PERIOCHE SEV ARGVMENTVM.

Venditus Ioſeph Iſrabelis filius
Duci Parhonis, ſacrificoq; Potiphar,
Præficitur omnibus illius negocijs.
Quẽ intuita pulchrũ hera cõcupiuit ad ſtuprũ, &
Nefas recuſantem retento pallio
Sceleris marito accuſat, atq; in carcerem
Regis ſategit inijci. Sed ſcite ibi
Vinctis duobus cum explicaſſet ſomnia,
Rex ſomnians uatem iubet producier.
Qui cum aperuiſſet uiſa regi inſomnia,
Regni omnibus negocijs præfectus eſt.
Complexus inde Potiphar cum uxorcula,
Duxit pudicam gnatam eorum coniugem.

DRA-

DRAMATIS PERSONAE.

Prologus.
Potiphar, AEgla cõiuges.
Ioſeph hebræus.
Agne, Catharis ancillæ.
Aſenath filia.
Phronimus, Piſtos ſerui.
Sratophil', Eupolemus milites.
Deſmophylax.
Hyporetes cũ ſuo collega Apotomo.
Sitocopus, OEnochous uincti.
Rex Parho.
Sapientes. 4.
Thaltibius præco.
A cõſilijs. 4.
Tibicines. 4.
Grex.

PROLOGVS.

CVm Lazarum dudum ſuam uos, quòs huic
Theatro adeſſe gaudeo, author fabulæ
Videſſet excepiſſe mente candida,
Pluresq́; quas prius ædidit comœdias,
Induxit in animum ſuum alteram quoq́;,
Ipſamq́; depromptam ſacris ex biblijs,
Vobis (modo placeat) exhibere fabulam,
Cui honeſtum Ioſephi uocabulum indidit.
Mirabitur fortaſſe ueſtrum quiſpiam,
Quod fabulam rem ſacroſanctam dixerim,
Verum ſibi is perſuaſum habebit, omne quod
Tragico artificio comicóue ſcribitur,
Dici poëtis fabulam. quod utiq; non
Tam hiſtoria ueri texitur, quod proprium eſt,
Quàm imago ueri fingitur, quod artis eſt.

Nam comicus non propria perſonis ſolet,
Sed apta tribuere atq; ueriſimilia,ut
Quæ pro loco uel tempore potuere agi
Vel dicier. Quapropter is qui contulit
Se ad hoc theatron,non putet,cum audiuerit
Nomen ſub argumento Ioſeph crebriter
Citarier,quod ſcriptor ipſe ex ordine &
De integro uitam uiri ſcripturus eſt,
(Nam id artificio comico non competit)
Sed ut æmulatione fratrum uenditus,
AEgyptioq; mancipatus principi,
Heræ ſuæ ſtuprum recuſans carceri
Iniectus eſt, Regisq́; tandem iuſsibus
Eductus,& regni omnibus negocijs
Præfectus eſt ſolum exhibebit comicῶs,
Aut(niſi ſiet uox dura)tragicocomicῶs.
Porro inter hæc nemo tribuat inſcitiæ
Fœdéue negligentiæ artis comicæ,
Quòd quæ per interualla longa temporum
Digeſta ſunt,ſic exhibet,quaſi ſerie
Quadam ſibi ſine medio ſucceſſerint.
Nam maluit (uelut & alias)populo rudi
Sacram exhibere hiſtoriam ut accidit ordine,
Quàm exactius leges tenere comicas.
Valete quotquot adeſtis huic ſpectaculo,&
Pro comicis meretricularum amoribus

Suſcto

Suſcipite Ioſeph caſtitatis uindicem.
Aſtate taciti, audite, & intuemini.
Heus uos, ſerè (id quod oportuit dictum prius)
Omiſeram. ne quempiam ueſtrum (obſecrat)
Petulans mulieris impudicæ oratio
Vel geſtus offendat leuis, quòd abſq; ijs
Mens caſta Ioſephi haud queat monſtrarier.
Sed (ut ante dixi) ſuſcipite pro amoribus
Scortantum Ioſeph caſtitatis uindicem.

Finis Prologi.

ACT. primi SCAE. prima. verſus Iambici.

Potiphar. AEgla.

MVlto omnium uita aulica eſt miſerrima,
Subiecta uarijs caſibus & incommodis.
Iam quaſi neci ſit deſtinatus, hoſtibus
Virum obijcit, iam non ſecus q̃ ſi infimus
Sit militaris cacula, quolibet eijcit.
Non ſinit eum unquã uiuere ex ſententia,
Neq; curam habere liberis neq; coniugi.
Quam modo (licet mandata regis urgeant)
Tamen relinquere inſalutatam domi
Nec debeo, nec audeo, niſi perpeti
Litem, odium, & indignationem mauelim.
Sed eccam eam. noſtram moram redarguet.
Aeg. Quid quæſo id eſt mi Potiphar, quod poſt diẽ

Vix ſeptimum ſemel uidendum te offeras?
Adeò inuenuſta, adeò inamœna, adeò tuis
Indigna thalamis uiſa ſum, ut me Potiphar
Faſtidias? Pot. Ego te uoluptas mea neq;
Deſpicio neq; faſtidio, ſed regijs
(Vt ipſa ſcis) negocijs ſic implicor,
Vt me explicare, licet uelim, minimè queam.
Quin & modo (quod ægrius multo feres)
Legatione fungar admodum mihi
Moleſta, ad AEthiopum tyrannum regium.
Te nolui tamen inſalutata pedem (ut
Decuit) mouere quopiam, ne non modo
Mœrore te afficerem, ſed & ne te minus
Amare uidear hinc profectus clanculum.
Aeg. Heu me, quid audio? profectus denuo
Me derelinques orphanam, mœſtam, anxiam?
Me non amas, quam ita crebrò habes ludibrio.
Quam ueluti coniugem ſubinde appellitas,
Hanc ueluti non maritus eſſes negligis.
Sed obſecro quando hæc futura profectio?
Pot. Modo inquio, uelut itineri accinctum uides.
Aeg. Subito? aderis ne ueſpero conuiuio?
Pot. Non adero. Aeg. Nec mecum in cubili dormies?
Pot. Non dormiam, mandata quod me regia
Mox exigant. Aeg. Si ſic neceſſe quos rogo
Comites habebis itineris? Pot. Partem bonam

Exer:

Exercitus. Aeg. Ergóne futurum Potiphar
Bellum times? Pot. Quanquam in uia diſcrimen eſt,
Bellum haud futurum ſuſpicor. Aeg. Sed obſecro
Quando rediturum te domum ſperabimus?
Pot. Poſt tres dierũ hebdomadas huc (ſi dijs placet)
Reducem uidebis denuo. Aeg. Heu me, quod mihi
Solatium, quæ mihi uoluptas, quæ mihi
Vita miſeræ, tali marito ſubiugæ?
Vel abes domo, uel diſtineris regijs
Semper adeo negocijs, ut me tibi
Non arctius nuptã putem, quàm euro & noto, aut
Inſenſibilibus cautibus. Næ rustico
Præſtaret inopi, atq; generoſo nubere. heu.
Pot. Vxor mea tibi tempera. per Herculem
Poſthac frequentiorem habebis in ædibus,
In thalamo, & in conuiuio. Aeg. Fieri poteſt.
Qui creduam? Pot. Extricabo me, quantum queã,
His regijs negocijs. Aeg. Vt hactenus.
Sed quid modo uſq; adeo improbe celeras iter,
Vt ultimo conuiuio non adſies,
Digneris & uix oſculo? Pot. Qui uxor queam
Parhonis imperio (obſecro) reſiſtere?
Vehementer urget, nec moram ullam ſuſtinet.
Hoc temporis tantillum eidem ſurpui,
Quo dicerem tibi in oſculo uale ultimum,
Neq; te inſalutata Aegla mea recederem.

 Aeg.

AEg. Facis probe. At quis interim curam rei
Noſtræ familiaris geret? non noſtræ id eſt
Vir teneritudinis nec experientiæ.
Pot. Noui id equidẽ ergo Hebræus hic, cui et hactenus
Domus, familiæ, & omnium rerum mearum (num
Vbiq; diſpenſationem credidi,
Prudenter hæc dum abſum gubernaturus eſt.
Aeg. Satis is quidem prudens probusq; & integer,
At quàm uidere te tamen malim domi
Mi Potiphar, quàm ſeruulum hunc emptitium.
Pot. Nunc obſequendum tempori. Vocetur huc
Ioſeph Hebræus, ut ſecundò illi omnium
Curam audiente te mea uxor creduam.
Aeg. Adeſto Ioſeph, ut marito obtemperet.
Adeſto. ————

ACTVS I, SCAENA II. Iambici trimetri.

Ioſeph. Potiphar. AEgla.

SAlue, adeſt Ioſeph Potiphar.
Quod exequẽdũ præcipe. P. Sta paululũ. Io. Hẽ.
Pot. Scis tu quidẽ quòd te admodũ puerũ emerim,
Nec te ſecus quàm filium enutriuerim.
Io. Scio id equidem, nec ſi ſies pater meus,
Plus diligas. Pot. Deinde cùm te induſtrium
Deoq; amicum cernerem, ſimul omnibus
Domus meæ negocijs, cunctis bonis,
Seruis & ancillis meis præfeci. Io. Ita:

Vt nil

Vt nil ſtet domi tuæ, quòd (ut arbitror)
Quonam ſtatu poſitum ſit ipſus noueris,
Tanto licet beneficio indignus ſtem.
Pot. Nunc igitur audi denuò. Quod ampliter
Per te mihi Deus tuus benedixerat,
Super uniuerſa quæ tibi mandaueram,
Te denuò conſtituo coram coniuge.
Quam ſusq; deq; hæc iuſſa ferre præſcio.
Vt ipſa ab omnibus expedita negocijs,
Viuat ſibi ex ſententia. Tu præſes es
Seruis & ancillis meis in omnibus.
Aurum meum, argentum meum, ueſtes meas,
Agros meos, pecudes meas, reditus meos,
In uniuerſum induſtriæ, prudentiæ, &
Fidei tuæ committo. talem te exhibe,
Qualem te hactenus deprehendi in omnibus.
Nemo mouebit abſque te manum aut pedem
In ædibus meis ſine tuo arbitrio,
Hanc præter unam coniugem, quàm nullius
Obnoxiam iugo uolo agere cum ſuis
Pediſſequis uitam omnium liberrimam.
Et quicquid illius ad uoluptatem attinet,
Et quicquid ad ſolatium, uolo iugiter
Et ultro ſuppeditarier. ſed cæteris
(Repetam ut eadem) tu prome, conde, pro tua
Prudentia. Io. Qualem hactenus me expertus es

Here Potiphar, talem futurum credito.
Confido namq; Dei mei per gratiam,
Quod neq; ab auitis moribus defecero,
Neq; in tuo humili ſeruulo ingenium malum &
Seruile in aliquo ſenties uel audies.
Quin coniugi tuæ pudicæ & heræ meæ
Non modo meis pro uiribus cuncta offeram,
Quæ poſtulet, uerum etiam in omnibus obſequar.
Seb obſecro mi Potiphar quid hæc mihi
Tam ſerio rurſum iubes? Num quippiam
Tibi de mea infidelitate ſuboluit?
Pot. Nihil, ſed ego mox regio iuſſu uolens
Nolens ad AEthiopas profecturus, tibi
Mea uetera uolui iuſſa coram coniuge
Renouarier, quo animo puſillo non ſtet,
Cum abſente me te omnem ſciat prouinciam
Obiturum, & animi cura ab omni liberam
Se & expeditam ſentiat. Aeg. Tantum uiro &
Mihi probata in hunc diem eſt tua probitas
Amice Ioſeph, ut fides tua neutiquam
Nec mihi nec huic ſuſpecta ſit. gaudeo quoq;,
Quod in ædibus te nacta ſim, qui non ſecus
Quàm uir meus, ſi abſens ſit ita domeſtica
Obeas geras'q; negocia, ut per te in uirum
Subinde contemplationem dirigam.
Io. Ago gratias utriq; ueſtrum maximas,

Deus

Deus meus nobis refundat centuplum.
Pot. Rūpēda tandē omnis mora eſt. puer intro abi,
Et ſacculum pecuniæ tibi traditum
Ex regio ſiſco adfer ad me celeriter
In regium palatium. Io. Faceſſo here,
Pot. Iam iam uale mea turturella, iam uale.
Aeg. Vale marite corculum meum, uale.
Vale, nouiſsimum uale. Pot. Quid nunc? Aeg. Mihi
Tu lachrymarum ſponſus es. Pot. Ne lachryma.
In plænilunio reuertar proximo.
Tatiſper omni quo uoles ſolatio
Perfruere. caſtra accedo. Aeg. Vade. Pot. uale. Aeg. uale.
An non ego miſera, huic uiro quæ nupta ſum? an
Iuſte arguat, ſi me infidelem ſentiat?
Valeat pudor ſi occaſionem nacta ſim.
Adeſt Ioſeph. ſequere herum, uix caſtra adhuc
Ingreſſus eſt. Io. Sequor ocyus. Aeg. Morabor hic
Dum redieris. O ſi mihi huius perfrui
Complexibus contingat, & mea uulnera
Obducta remedio ſlent. Ad hoc mihi
Eſt actitanda artis meæ peritia
Bellarijs, blanditijs, ſingultibus,
Iocis, dolis, omniſq; generis fraudibus.
Sed eccum adeſt ſub ſole formoſiſsimus.
Qui cor meum iaculis amoris uulnerat.

ACTVS

ACTVS primi SCAENA tertia.

Ioſeph. AEgla.

MIrum quod Aegla abſentiam uiri ſui
Tam ægre ferat, tot lachrymisq; lugeat,
Cum (ſigna ſi quid roborent famæ fidem)
Non admodum ipſum diligat. nec me tamen
Decet de heris indigna ſuſpicarier.
Me adhuc moratur pro ædibus uti dixerat.
Aeg. Vt uideo Ioſeph caſtra noſter Potiphar
Nondum introierat, cùm dares pecuniam,
Quòd ſine mora huc reuerſus es. Io. Vix hera quidē
Ingreſſus erat, ipſe quoq; te morarier
Sciens foris, nihil moratus aduolo.
Aeg. Qui ſeſe habet negocium? ſic regium
Vrgebat imperium, ut mihi non licuerit
Iam ueſperi conueſcier? Io. Neſcio equidem.
Veruntamen uidi obiter in caſtris ſimul
Stratos equos, currus paratos bellicos,
Et militum ualidam manum accinctam itineri.
Aeg. Vt miſera ad infœlicitatem nata ſum,
Quæ in his malis (niſi fræta præſidio tuo
Subſiſterem) dolore contabeſcerem.
Nam ex omnibus quos alo domi, prorſus nihil
Solatij mihi prouenit. Conſerui enim aut
Stupidiſsimi, aut proteruiunt, tumidi quoq;
Liberti & ingrati, tum inertes & rudes

Ancil-

Ancillulæ. Aſt in filia oblectare me
Poſſem quidem, niſi moribus maturior
Patri foret ſimillima. ut dicam ſemel,
Iam me opprimet ſimul omnis infœlicitas,
Niſi tu tuo me fulcias ſolatio.
In te meæ ſunt ſpes opesq; repoſitæ,
Ex te meæ pendet ſalutis anchora.
Mi chare Ioſeph, & domus columen meæ,
Non amado te namq; ut olim ſeruulum,
Viri ſed abſentis loco cultura ſum.
Io. Mihi tribuis hera plus quàm merebor, cæterum
Quicquid mea prudentia aut induſtria
Tuo domina pro commodo aut ſolatio
Fieri queat, præſtare tibi non differam.
Tuus hera ſum, mihi (ut decebit) præcipe.
Aeg. Quàm gaudeã mi Hebræe, quòd tã beneuolũ
Te ſentio, non conſequi uerbis queam.
Te quæſo adeſſe ne graueris ueſpero,
Quòd coniugi parauerам, conuiuio.
Ne ſine uiri ſolatio commiſceam
Dapes meas (pro dolor) amaris lachymis.
Io. Animæquior ſis domina, ne ſic lachrymes.
Venturus ſum. Aeg. Poſt horulam uenturus es.
Vt interim uelut hactenus conſueueris,
Seruos rudes ſeruasq;, noſtram & filiam
(Quòd iuſſerit tibi Potiphar) colere doceas

Noſtros

Noſtros Deos, & reliqua mundi numina,
Hos (aura quòd ſerena ſit) foras tibi
Produxero. Io. Sic expedit. producito.
Quis callidæ huius fœminæ mentem queat
Scrutarier? Se prodet ultro ueritas.
Non abſq; cauſa familiam mittet foras.


ACTVS I. SCAE. IIII. Trimetri vt vbiq;.

Serui duo, Ancillæ duæ, Aſenath, Ioſeph.


NOs uult Ioſeph domina adire te foras.
Io. Adeſte fratres & ſorores optimi.
Meminiſtis omnia lectionis ultimæ?
Pi. Nonnulla ſat, nonnulla non ſat nouimus,
Vtpote rudes, & hactenus ſimul athei.
Io. Dic Piſte primum cuius ipſe memineris.
Pi. Quòd unus eſt uerus Deus qui condidit
Cœlum ſolumq; & cuncta in his manentia.
Io. Recte quidē. dic Phronime tu quid memineris.
Phr. Nil eſſe Anubin, nil Serapin & Iſida,
Niſi uana quædam numina, aut mage nomina.
Io. Nil rectius. dic Agna mea quid memineris.
Ag. Quòd ſit Deus pater omnium, quòd filius
Per quem omnia, & quòd ſpiritus, in quo omnia.
Io. At eũm ſit unus, qui deos tres nuncupas?
Ag. Neſcio equidem. Io. Capis ne tu mea Catharis?
Ca. Nec ego quidē capio. Io. Domina mea Aſenath
Tu dicito ſi intelligas. Aſ. Qui intelligam

Pro-

Præceptor, hoc incomprehenſibile homini:
Dicam tamen quantum fide complexa ſum.
Vnam Dei eſſe hypoſtaſin ſub his tribus
Contemplo perſonis, ueneror, & obſecro:
Io. Diuina uirgo non tibi humana ratio
Hæc ſuggerit, ſed ſpiritus patris omnium.
Tu dic mea Catharis quòd ipſa memineris.
Ca. Quòd cùm Deus ſit ſpiritus; non carne eum
Sed mente pura maximè uenerabimur.
Io. Pulcherrimè. Iſtas gnomicas ſententias
Tractate mente ſedula, atq; in lumen hoc
Incomprehenſum mentis oculos figite.
Sequentibus diebus alia ediſſeram.
Valete fratres & ſorores, nam mihi
Ad cœnam eundum Heroidis. Gr. Frater uale,
Cœli Deo laudes canamus ſupplices. Diſcãtus.




Turbidi plaſtes deꝰ unꝰ orbis Cõdidit lucẽ tenebris



fugatis, Has uolẽs noctẽ uocitari, et illã Eſſe diurnã.

Prop-



Propter humani generis ſalutem Cuncta creauit.

CHORVS.

Per familiam præſentem.

TVrbidi plaſtes Deus unus orbis
Condidit lucem tenebris fugatis,
Has uolens noctem uocitari, & illam
Eſſe diurnam.

Inter effuſas ſimul orbis undas
Condidit cœlum, ut ςερέωμα firmum
Siue diſcrimen ſine mixtione
Eſſet utriſq;.

Colligens undas locum in unum ab imo
Aridam iuſsit ſuperare, ut herbas
Germinet fructusq; homini creando, &
Omni animanti.

Solis & lunæ rutilas lucernas
Fecit, ut Phœbus niteat diei,
Atq; cum ſtellis uaga luna nocti
Luceat atræ.

Duxit ex lymphis uolucres, & omne
Quicquid in ponto uegetatur, & quod
Reptat aut ſerpit, benedixit atq;

Creſce

Creſcere iuſſit.
Duxit è terra pecudes, feraſq;
Beſtias multæ uariæq; formæ.
Iuſſit & fœtu decorare terram
Multiplicato.
Finxit è limo rubicundo Adamum,
Præditum mente & ratione fultum,
Quo Dei formæ ſimilis præeſſet
Omnibus unus.
Gratias ergo meritas agamus
Omnium plaſtæ, qui ut ametur, ultro
Propter humani generis ſalutem
Cuncta creauit.
Repetitio ad ſingulos quaternarios:
Propter humani generis ſalutem
Cuncta creauit.

ACTVS ſecundi SCENA prima.

Trimetri.

Ioſeph ſolus.

DEus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iſrahel,
Quid implicas me miſerum in has anguſtias,
Vt aut ſtupro te deſeram, aut ſi reſtitem,
Vitæ meæ diſcrimini haud me ſubtraham:
Nullus fuit dies ab hora tranſitus
Heri mei, quo non ſtuprandam ſe obtulit,

Intus,foriſq́;,in thalamo & in conuiuio,
Vſque adeo ſollicitat fragilitatem meam,
Vt neſciam an conſentiam an diſſentiam.
Nec Phædra enim(ſi fabulis quid tribuimus)
Tantum moleſta ſuo quidem Hippolito fuit,
Quàm hæc me ſuis gemitibus & blanditijs
Ad impudicitiam illicit.His hactenus
Certauit armis,mox dolis,argutijs,
Techniſq́;,tandem(ut auguror)mortis minis
Armabitur.Preſtat tamen domine Deus
Mihi quidlibet potius pati,quàm ut per nefas
Abs te recedam perfidus.Da ergo mihi
Conſtantiam,prudentiam,& tolerantiam.
Quibus igneis iaculis queam reſiſtere.
Crepit oſtium,loquitur ſuis ancillulis
Ferocius,quòd æſtuet libidine.
Accedo Deſmophylaca amicum hunc unicum:in
Cuius ſinum cordis mei tuto abdita
Effundere ſoleo. ut aliquantulum ſuo
Sermone me hoc angore preſſum ſubleuet.
Cui tamen herile nefas,nefas eſt prodere.

ACTVS ſecundi SCAENA ſecunda.

AEgla. Phronimus.

TV Phronime uade,& quò abierit Piſtus uide.
Illum ſi Ioſeph miſerit,recte quidem.

Atſt ſuo arbitratu abierit, adſit huc,
Ne forte herus minus paratos opprimat.
Phr. Herus hoc die uenturus eſt? Aeg. Ita ſuſpicor.
Cras namq; plænilunium eſt, quo ſe quidem
Reducem futurum dixerat. Phr. ſic fecero.
Aeg. Heus tu. Phr. qd eſt? Aeg. Si ſeruũ Hebræũ uiderit,
Eius opus eſſe dic mihi præſentia.
Phr. Sic dixero. Aeg. Is mihi callidior eſt q̃ uelim.
Phr. Putet me abiſſe hera, ſed morabor hunc latens
Poſt angulum, ut cum ancillulis quid tractitet
Exaudiam. Si namq; nil mali ſtruat
Cum illis doli, mala uerba dabit & uerbera.

ACTVS ſecundi SCAENA tertia.

AEgla. Catharis. Agne. Phronimus.

VT imperaueram ſatagite, cubiculum
Sit apparatum munditer, ſtratum dein
Sit heri cubile molliter, quem ad ueſperem
Curis grauem domi futurum exiſtimo.
Videte ne puluiſculus quidem locum
Coinquinet, ſtratúmue ruga contrahat.
Eſt namq; mundicies decus domeſticum
Et coniugum ſolatium. Cat. Parebimus,
Parabimusq; domina quicquid præcipis:
Nil aliud eſt quod perfici petis? Aeg. Iubes
Dicendum erat. Quantum mihi negocii

Rudes puellæ dum docentur exhibent.
Cat. Ignoſce quæſo, cæterum cauebitur.
Nil aliud eſt quòd perſici domina iubes?
Aeg. Volo deinde cubile noſtrum aſpergier
Verbena, abrotanio, amaraco, atq; pluribus
Herbis ſuaue olentibus, Veneris ſacræ
Olim dicatas ludicris. Cat. Faceßimus.
Aeg. Quid ſtas iners ut ſtupida et excors ſtatua? nil
Mihi iuſſa reſpondebis? Ag. Obſequar libens
Mea domina, & quod iuſſeris factum puta.
Aeg. Pudet & piget uos uſq; uerberibus meis
Inſtituere. Ag. Dabimus operam ſolertius
Parere dicto & nutibus domina tuis.
Aeg. Curate, ut obducantur omnes parietes
AEgyptijs tapetibus, nihilq́; ſit
Quòd non ubiq; ſplendeat. Ag. Curabimus
Mea domina & hoc, & quicquid aliud iuſſeris.
Aeg. Tandémne dediſcetis hos mores rudes,
Accommodatæ heroicis, herilibus,
Et liberalibus? Ag. Remitte quæſumus
Poſthac hera huius tum diei tum loci
Meminerimus. Aeg. Huius leuate byßinæ
Syrma tunicæ, atq; ex fibula ſuſpendite.
Cauete lymbum ne plicetis ruſticè,
Verum decenter atq; molliuſculè.
Cat. Decenter exequemur. Agne à dexteris,

Ege

Ego à ſiniſtris hoc modo librauero.
Aeg. Cauete ſpinther ne abſtrahatis aureum.
Cat. Bono animo es hera, nam læſimus nil omnium,
Sed compte & apte (ut uolueras) compoſuimus.
Aeg. Nunc ite uos intrò, atq; cuncta ex ordine
Curate quæ mandaueram, niſi ueſperi
Prorſus uelitis ulmeæ ſpectarier.
Ego paululum hic ſpaciabor animi gratia.
Ag. Imus domina. Quæ niſi ſit animo barbaro ac
Stupido, ferat mulieris huius extimam
Superbiam, proteruiam, inſolentiam?
Aeg. Quid mußitas? Ag. Nihil hera. Aeg. Væh capi-
Ite ocyus, niſi dignitatis me meæ (ti tuo.
Velitis obliuiſcier. Cat. Cedendum erit
Veſaniæ. Ag. Proh ſeruitus miſerrima.
Cat. Tace, niſi interire uis nos peßimè.
Ag. At in his malis durare, non tolerabile.
Cat. At ferre ineuitabile, eſt conſultius.
Ag. Ex æquo in omnes ſæuit inſtar tigridis.
Solus Ioſeph œconomus immunis eſt,
Quem (niſi ego fallor) ipſa fœde deperit.
Cat. Similia uero ſunt quidem quæ diſſeris,
Quia limi ocelli, blanda uerba, & cultis hic
Iuueni exhibendus, flammam amoris indicant.
Nam hæc tota in hoc ſit corporis compoſitio,
Vt caſtum Hebræi corculum ſibi glutinet.

Ag. Ita eſt profecto. nam uirum auerſata in hunc
Coniecit oculos. at pudicus in ſtuprum
Nullatenus conſentiet. Cat. Conſentiat?
Saxum prius molleſceret, quàm hic in ſtuprum
Conſentiat. Sed eamus intrò, ne mala
Poſt uerba denuò ſequantur uerbera.
Ag. Rectè mones. reſpectat huc. Quid Phronim⁹ hic
Poſt angulū? Phr. Tum uerba heræ tū uerbera hic
Obſeruo tacitus, & libidinem execror.
Cat. Cuiúsnam? Phr. Heræ. ſilete, præſtat ingredi.
Carcer ſonat, ego abibo quò mihi iuſſerat.

ACTVS ſecundi SCAENA quarta.

Ioſeph. Deſmophylax. AEgla.

FOris tibi Deſmophylax loqui uolebam, at eſt
Præforibus hera, quæ poſtulat noſtram ſcio
Præſentiam, alia tempora his captanda ſunt.
Deſ. Tuus ego ſum, atq; euentu in omni tuus ero.
Dominus Deus patris tui det in omnibus
Angoris ærumnis tibi patientiam.
Io. Amen, Vale. Nouus mihi conſlictus hic.
Non abſq; cauſa cultus hic aſſumptus eſt
Venuſtior. Salue mea domina. Aeg. ſaluus es
Cordi meo dilecte Ioſeph. quin magis
Vocas me amicam (ut opto) quam dominam tuam?
Io. Quia te meam cognoſco heram, non coniugem.

Aeg.

Aeg. At ego te Ioſeph coniugem non ſeruulum
Deſydero, formoſe Ioſeph, annue.
Io. Quod hera nec utile, nec honeſtum, nec pium
Sit utriq;, perſuadere nobis deſine.
Aeg. Qui non pium uita & ſalus mea unica!
Cùm (ſi me ames) diro & cruento uulneri
Cordis mei medebere, & mihi miſeræ &
Iuuenculæ uitam ſuauem protrahes,
Ne dixero, à laqueo necis ſeruaueris.
Io. Non æſtimemus id pium domina mea,
Quo offenditur Deus optimus ter maximus,
Paterq; clementiſsimus, qui uitam & hanc
Animam dedit noſtro imbecillo corpori,
Huiusq; mundi cuncta noſtris uſibus.
Deus profecto plus quàm homo colendus &
Venerandus eſt. Aeg. Venerandus eſt. at ſi tibi
Sedet animo cultus, honor, & timor Dei,
Quin' prorſus omni ope deſtitutam me adiuuas?
Quin' me labantem ſuſtines? quin' erigis
Solatio? quin (ut doces pueros meos)
Alterius alter calamitatem ſuſtines?
An non tibi mandat Deus de proximo?
An id inhoneſtum iudicas, per quod Deo
Tot opera honeſta chare Ioſeph perpetres?
Io. Quantumlibet noſtra opera faciē honeſti habēt,
Si fœditatem adnexam habent, inhoneſta ſunt.

Si per meam te turpitudinum uelim
Seruare turpitudini, quid obſecro
Domina foret ſceleſtius? Satius foret
Vtrunq; mortem oppetere honeſtam, quàm alterũ
Anſam alteri porrigere turpitudinis,
Et minus honeſtè uiuere. Aeg. Eſto. at dic mihi,
Quòd dedecus tantum ſiet ſi ſuauiter
Mecum interim fruare conſuetudine?
An non Deus naturæ amores indidit?
An cuncta non animantia hac lege coeunt,
Pulchramq; ſeruant uſq; conſuetudinem?
An non id æquum & id bonum, quod copulat
Amicitiam in hominibus, & fouet omnia?
Io. In hominibus certis quibuſdam legibus
Deus hos amores optimè compeſcuit.
Quo à pecudibus noſtrum genus ſecerneret.
Nam ab initio dedit homini iam condito
Vxorem amicam, & ex eadem liberos
Suſcipere uoluit, poſteris quoq; ſimili
Ratione agendum cenſuit. Nulla eſt mihi
Coniugij honeſta tecum hera mea dignitas,
Nulla igitur eſto illiciti amoris fœditas.
Aeg. En tibi fidem connubij, cape annulum
Hunc, noſtri amoris ſymbolum. quid anime mi
Morare nunc? cape ſymbolum. Io. Non cepero.
Herus uniuerſa quæ domi aut foris

Longe

Longè atq; latè poſſidet præſente te
Mihi tradidit, te præter unam, quam ſibi
Caſtam & fidelem expoſtulat. Quomodo igitur
Ingratus illi & infidelis maximè,
Mihi ipſius te uendicabo coniugem?
Aeg. Quin ille me potiſſimum tibi tradidit.
Et quicquid ad animi mei ſolatium,
Et ad uoluptatem meam conduceret,
Per te mihi curauit exhiberier.
Io. Exquire domina cuncta quæ ad ſolatium
Et quæ ad uoluptatem attinent, non dixeris
Quòd mox tibi non adminiſtrem largiter.
Si aurum uorare cupieris, aurum (ut ferunt)
Tibi uorandum porrigam. ſi canere uis
Me, cecinero. ſaltare uis, ſaltauero.
Verum ad cubile neutiquam me illexeris.
Aeg. Te præter omnis dulcor iſte amaror eſt,
Mellite Ioſeph. Tu unus es mihi affatim
Solatij dulcedinisq; ſatietaś.
Eia ergo melculum meum fruere meis
Complexibus. cum uberibus atq; amoribus
Mecum tibi omnia mea ſint communia.
Ego te uiro meo uſq; commendauero.
Ego te familiarem Parhoni effecero.
Ego ſeruituti qua premeris exemero.
Per me bonis quàm plurimis ditaberis.

Per me laboribus omnibus leuaberis:
Per meq́; ad altiora promoueberis.
Audis precantem, audis gementem, conijce
Quantis amoris facibus hoc cor æſtuat.
Io. Quid cũcta quæ promittis hera mihi proderũt,
Si unam auferas mihi meam innocentiam,
Fidem, & Dei mei perennem gratiam?
Vtilia nulla ſunt, niſi eadem honeſta ſint.
Aeg. Me obtundis his Dei tui ſermonibus,
His tetricis philoſophicisq́; argutijs.
Iam loquere uerbum amoris & ſolatij.
Io. Ab ijs hera mea quæ locutus ſum, nihil
Diuerſum (ita Deus adiuuet me) exaudies.
Nunquam in ſtuprum nefarium conſentiam.
Aeg. Ah dure Ioſeph, Caucaſoq́; durior,
Cuius cor haud emolliunt ullæ preces.
Ah ſæue Ioſeph, Atreoq́; ſæuior,
Qui cor meum hoc uerbo unico ſic lancinas.
Nil te mouent hæ lachrymæ? nil hæ preces?
Nil gemitus & ſuſpiria hæc? nil ipſa mors?
Proh dolor in ingratum tot hactenus mihi
Et tam ampla collocata fore beneficia.
Vale ut meres ingrate Ioſeph. hora erit
Cum te uelis mihi miſertum. proh dolor.

ACTVS ſecundi SCAENA quinta.

Ioſeph ſolus.

Mihi

Mihi fœminæ huius quãq̃ inanes lachrymæ,
Lachrymas quoq; excutiũt. Profectò ſiqdẽ
Multa mihi cõtulit beneficia, quẽ uti (hera
Proprium educauit filium, ſed non (uelut
Modo improperat) ingrato & improbo uiro.
Tu teſtis es Deus Iſrahel, quod ſi queam
Omnes mei artus corporis conuertere in
Manus pedesq́;, & omnem heræ ſubſtantiam
Laboribus meis in aurum uertere,
Non refugerem. Sed quod tuis ſcio legibus
Contrarium, nec audeo nec fecero.
Hinc ſcio tamen mihi imminere periculum.
At quidlibet ſatius pati, quàm per ſtuprum
Fœdarier, tui quoq; obliuiſcier.
Dee ſabaoth da uincere, & da perpeti.
Quid hoc? ———

ACTVS ſecundi SCAENA ſexta.

Serui duo. Ancillæ duæ. Ioſeph. Aſenath.

Ioſeph denuò eijcimur foras.
Io. Quæ cauſa fratres & ſorores inquite.
Pi. Quod ſola agat habet ipſa certo in ædibus.
Nos interim uult erudirier foris.
Dein ipſa, quanquam turbida eſt, nobis ſinit
Ad horulam ſpaciarier. Io. Rectè facit.
Materq; familiæ haud ualet ſemper animo

Parere tranquillo, potiſsimum ubi domum
Coniux reliquerit. Phr. Hunc ſibi (quòd ſuſpicor
Ob beluata tpaetia atq; ſtromata
Quæ protulit) putat aduenturum ueſperi.
Io. Faxit Deus. Vos interim mihi dicite,
Quid quiſq; ueſtrũ heſterna ab hora meminerit.
Dic Aſenath domina mea, quid memineris,
Quid quiſq; curet maximè, ubi iam credidit,
Dei parare cultui. Aſ. Mentem humilem, ob hoc
Quòd pulſus eſt cœlo Sathan ſuperbia.
Io. Nil dicier ualet æquius mea Aſenath.
Nihil Deo eſt acceptius modeſtia.
Dic Catharis ecquid memineris. Cat. Deo meo
Vitam parabo ſobriam, quoniam gula ex
Paradiſo Adamum propulit. Io. Rectè quidem.
Ad multa nos incommoda ſimul expulit.
Quid Agna tu? Ag. Mentem deo caſtam paro,
Luxuria quod diluuio aquæ mundum obruit.
Io. Euertit & Zodomam & Gomorrham funditus.
Quid Phronime tu? Phr. Mẽtem parandã candidã,
Quòd inuidens fratri Cain maledictus eſt.
Io. Iram pepererat liuor in fratris necem.
Tu Piſte. Pi. Frugalem paro mentem omnibus
Mundi huius opibus expeditam & liberam,
Quòd nil ſceleſtius, quàm amare pecuniam.
Io. Hinc namq; bella, neces, doli, periuria.

Studeo

Studeamus his ornarier uirtutibus
Et moribus mei amiculi, quis maximè
Deum colendum diximus. Mentemq́; quoq;
Tranquillam in his malis paremus omnibus,
Quis ſeruitus obnoxia eſt. Aduerſa enim
Veris Dei cultoribus ſperanda ſunt,
Quo ipſe memorem quòd nemo ueſtrum protulit.
Valete, & ut placuit heræ ſpaciamini. Fam. Hem.
Io. Deus meus quid fecero? Si intrauero,
Certamina noua mihi imminent, hoc maximè,
Meas quod ipſa lachrymas notauerit.
Si non eam, calumniam meditabitur,
Quòd herilibus in negocijs ſim negligens,
Omnemq́; ſibi curam rei domeſticæ (id
Quod herus uetabat adfuturus ueſperi)
Reliquerim. Satius tamen rem debitam
Curare, quiduis ingruerit, & ingredi.

ACTVS ſecundi SCAENA ſeptima.

Ioſeph. AEgla.

SAlue hera. Aeg. Mi Ioſeph ſaluus es. Tua opus
Prudentia, quod adfuturū ueſperi (mihi
Virum putem, at quia in familia noſtra eras
Et filia erudienda & occupatus &
Sollicitus, hactenus uocare diſtuli.
Nunc age mi Ioſeph unicum ſolatium,

Meaq́;

Meáq; uoluptas unica, quia nullus eſt
In ædibus Venerei amoris conſcius,
Longe omnibus ſimul remotis arbitris,
Mecum cuba. Io. Haud cubuero. Aeg. Porrò neceſſe
Alioqui enim te inſerre mihi uim clamito. (erit.
Io. Ah. Hæc gratia eſt? Hæc flāma amoris? quæ haud
In irā & odiū, at in furorem uertitur? (modo
Aeg. Iocor mi amicule, nullus eſt in ædibus,
Amoris & Cupidinis noſtri arbiter,
Fruamur (age ne differas) complexibus.
Non ferreum te aut frigidum olim comperi.
Cape ſymbolum, primis fruamur nuptijs.
En cubiculum ornaui tibi tapetibus
Et inſtitis noſtratium pulcherrimis,
Straui cubile & mirrho & aloë & cinnamo,
Pueri foris, uir longè abeſt, nec hoc die
(Tametſi id euulgaueram) rediturus eſt.
Veni fruamur oſculis, uberibus, &
Hic uſq; manè amoribus. quid hæſitas?
Io. Non hæſito hera non hæſito. quæ dudum erat
Eſt mens mihi eadem, & eadem erit conſtantia,
Et tu (quod aiunt) cantilenam eandem adhuc
Mihi occinis. Dicam ſemel, Non fecero
Quod ſuggeris. nec operibus conſentiam
Nefarijs. ſtulto labori parcito.
Sine mihi meam obſecro caſtitatem hera integram,

Aeg.

Aeg. Sine mihi tuis his lachrymis mederier.
Tolle ſimulationem, & omnem ſcrupulum,
Quod naſcitur mihi & marito naſcitur.
Huc huc ades. Io. Ne traxeris. Aeg. Eia eia ades.
Vt ſimulat hic. I. Nō te pudet hera? Ae. Eia eia ades:
Ad gaudium trahendus es? Io. Quid patior heu
Domine Deus? præſtat mihi fugere turpiter,
Quàm hic excitare tragœdiam. tene improba hoc
Tibi pallium, quo ſalua ſit mihi caſtitas.
Aeg. Veſtram fidem domus meæ uernaculi.
Adeſte. Proh. uim patior à uiro improbo.

ACTVS II. SCAENA VIII.

Familia. Ioſeph. AEgla.

QVid fugis Ioſeph, quidue turbæ in ædibus?
Io. Nouit Deus meus arbiter. Fi. Quid hera
Quid tremula mēbra? oculi attoniti? quid in (tibi?
Vultu color dubius? quid hanc ueſtem tenes?
Diſſecta quid tibi tæniæ & redimicula?
Quin' loqueris hera? quin' indicas quid obſiet?
Aeg. Me miſeram, ut eſt turbata mens, & omnia
Simul mei artua corporis quaſſata ſunt.
Indigna gnata, indigna pueri paſſa ſum.
Recutitus ille, peſtis illa domus meæ
Stuprum mihi, cùm nemo adeſſet, obtulit,
Vim intulit, & oppreſsiſſet utiq; ui, niſi

Lucta-

Luctamine & clamoribus (mihi chlamyde
Seruata) abegiſſem foras. Ego me ſinam
Mancipio ab hoc uiliſsimo iam haberier
Ludibrio? O utinam rediſſet Potiphar,
Qui eradat hanc luem ab ædibus noſtris, prius
Quàm omnem familiam & filiam corruperit.
Phr. Vehemens quidem erat impulſus ille libidinis,
Sit uenia hera adoleſcentiæ. nos certe eum
Non niſi pudicum & integrum deprendimus.
Aeg. Sit uenia ei, qui non modo hoc die, ſed &
Sæpenumero temerare nos aggreſſus eſt?
Pi. Correptus emendabitur, ne quæſo hero
Rē deferas. Ag. Remitte quæſo. Cat. Remitte hera.
Aſ. Si quid meæ preces ualent mater mea,
Condona Ioſeph noxiam hanc. Aeg. Non audio.
Recutitus hic uitium mihi puer offerat?
Huc gnata ades, ſeruæ adeſte, quo uiro
Mundum paremus cubiculum. Tractate uos
Quæ ueſtra ſunt non ſegniter negocia.
Pi. Agemus hera quodcunq; Ioſeph iuſſerit.
Quis omnia hæc conſtructa per calumniam
A fœmina nequiſsima non uideat? Aſt
Adeſt Ioſeph triſtior, loquatur is.

ACTVS ſecundi SCAENA nona.


Ioſeph. Piſtus. Phronimus.

Saluete

SAluete fratres. Pi. Salue Ioſeph. Quàm tuam
Vicem dolemus, non queamus proloqui.
Intus heram & incute nouimus, ſatis quoq;
Iam olim probauimus tuam innocentiam,
Nec ſuſpicamur aliquid in te criminis.
Tamen ueremur ne malum tibi ingruat.
Io. Nouit Deus quid fecerim. Pi. Scimus quidem
Te innoxium, tamen ueremur, ne (ſi hera
Commenta ſtupri deferat) plus ſatis herus
Verbis querentis credulus, te puniat.
Io. Nos æqua oportet mente cuncta perpeti,
Nobis Deus quæ per malignos ingerit.
Oportet ad purum excoqui auriſcoriam, ad hæc,
Vaſa figuli in fornacibus probarier,
Hominesq; iuſtos in malis prementibus,
Meminiſtis ut uobis ſubinde hæc dixerim.
Phr. Dixiſti Ioſeph, & meminimus: cæterum
Non poſſumus tibi non timere, nec tibi
Non condolere ex animo, & ò utinam modo
Liceret in aliquo tibi opitularier.
Quid ſi quod olim audiuimus, quod uidimus,
Quod ipſa nobis obtulit, præſente hero
Cum iureiurando aſturamus, quo minus
Habeat fidem ſuæ ueneree coniugi?
Io. Nolite pro me in herilem (amabo) infamiam
Aliquid, licet uerißimum, prætendere.


N. Prudens

Prudens fidelis & probus ſeruus ſtudet
Herile dedecus abdere, & non prodere.
Præſtat mori, quàm heræ notam aliquam inurere.
Non noſtri enim ſumus, at heriles mancupi.
Tandem ſilendum, ne qua de uobis mali
Suſpicio fiat mutuo ex colloquio heræ.
Vos introite, & atrio curate ne
Ornatus abſit debitus. Phr. Curabimus.
Io. At gnauiter. uos ſolus ego iam ſubſequar.
Domine Deus patris mei Iſrahel, Deus
Qui me eruiſti de manu fratrum meorum
Et enutriſti in hunc diem, longè à meo
Patre ſeparatum, interq; gentes barbaras,
Iam cor meum pauore mortis palpitans
Omni ferè ſolatio deſtituitur,
Quaſi me ex amicorum catalogo eraſeris.
Cùm nil tamen contrà tuas leges uolens
Admiſerim. Veruntamen ſolatur hoc
Pectus meum, quòd mente tota mi Deus
Animoq; fidentem tibi non deſeres.
Ingrediar, & uidebo quid conſerui agant.



Omnium qui conditorē Per fidem complexus eſt,

Ornet



Ornet illi mentem honeſtam, Candidis uirtutibus.

CHORVS PER FAMILIAM

Verſu Trochaico.

OMnium qui conditorem
Per fidem complexus eſt,
Ornet illi mentem honeſtam,
Candidis uirtutibus.
Qui ſtudet Deo placere
Cor paret modeſtia,
Lucifer quòd eſt olympo
Pulſus ob ſuperbiam.
Sobriam paretq; mentem
Abſq; crapula Deo,
Quòd gula ex paradiſo Adamum
Protoplaſtum eiecerit.
Sordis expers mens paretur
Caſtitate prædita,
Fœda quòd libido merſit
Cum Gomorrha Zodomam.
Candidum & liuoris expers
Cor ſit erga proximum,
Inuido in fratrem Caini

Quòd Deus maledixerit.
Liberet cor uſq; rerum
Omni ab appetentia,
Quòd nihil mage execrandum
Ac amor pecuniæ.
Toleret æqua mente dura
Iuſſa, uerba, uerbera,
Quòd Deo nil omnium ſit
Gratius patientia.
His ſuam mentem ſtudeto
Imbui uirtutibus,
Quiſquis ipſam conditori
Præparat cœnaculum.

ACTVS III. SCAENA I. Trimetri.

AEgla. Stratophilus.

OMnis mihi mora longa, nec queam in ædibus
Perſiſtere, niſi uiro reuerſo me ulta ſim.
Sed eccum, adeſt miles Stratophilus, qui mihi
Quicqd uiri eſt reſcret ,phe. St. Salue hera. Quòd et
Fauſtum ſit & iucundum, adeſt maritus Potiphar.
ſequetur e ueſtigio. te ſibi cupit
Comptam atq; lætam occurrere, ut qui maxima
Cum gloria (cæſis per agros barbaris,
Latrunculiſq; per uiam inſidiantibus)
Legatione functus eſt, regi quoq;
Parhoni honore debito ſuſceptus eſt.

Aeg. O mi Stratophile, nec marito gratiam
Nec gaudium queo exhibere, tantus eſt
AEſtus, dolor, pudorq́; noſtri pectoris,
Quòd uerpus hic me indignius tractauerit.
Str. Quis hic? Ioſeph? at probum ipſum credidi.
Aeg. Peſtem puta. Veniat maritus. Str. Eccum eum.
Quid habet mulier? ecquid furens intrò fugit?

ACTVS III. SCAENA II.

Trimetri ut reliqui omnes.

Potiphar. Eupolemus. AEgla.

QVid uxor intrò me uidens ſe proripit?
Eup. Neſcio. redit ſuffarcinata chlamyde.
Habet quod afficit cor ægritudine.
Pallor, rubor, liuorq́; id in uultu indicant.
Pot. Facile AEgla habet, quod ſibi moleſtũ indicat.
Aeg. Ades ne tandem Potiphar? nulláne tibi
Cura eſt rei domeſticæ, tum coniugis,
Tum filiæ, tum familiæ noſtræ integræ?
Pot. Quæ cura? nónne tuo libens pro arbitrio
Præfeci Ioſeph omnibus negocijs,
Quo tu tuo genio fruaris libera?
Aeg. Hic ſcilicet frugi puer, quem tu tuis
Amoribus noſtras in ædeis duxeras,
Stuprum obtulit mihi proh pudor, uimq́; intulit.
Num miſera ſum, quæ tam probis commiſſa ſum
Cuſtodibus? Pot. Nihil ego quidem in puerum meũ

Peccaui, ut hic ſol teſtis eſt, ſi quid tamen
In te puer deliquit, ipſe corrigam.
Aeg. Tu corrigas? ſcio quàm tibi iſte charus eſt.
Niſi uita Apellæ adempta ſit, qui mihi ſtuprum
Per uim obtulit, prorſus recuſo uiuere.
Patiar ſtupratorem meum ſuperſtite
Me uiuere, & cum filia atq; familia
Verſarier? Non aliam in ædibus tuis
Rationem habebis caſtitatis Potiphar?
Me doleo tam eneruí uiro ſociarier.
Pot. Audi uxor, & moderare paulum affectibus.
Fateor equidem fuiſſe mihi chariſſimum,
Quòd in omnibus ſemper fidelem ſenſerim,
Quòd dijs amicum uiderim, quòdq; per eum
In omnibus nobis Deus benedixerit.
Nihilominus ſi modo tibi uitium obtulit,
Pœnas dabit. nec in ſcelere conniueo.
Vocetur huc Ioſeph foras, quo heræ ſuæ
Mox crimini reſpondeat. Aeg. Quid audio?
Tuæ ne credis coniugi? Tibi adhuc mea
Suſpecta ſit mi uir fides? En chlamydem
Quam mihi reliquit in fuga. Nam paſſa uim
Dum clamitarem, exilijt hàc nudus foras.
Num hæc plana ueritatis argumenta ſunt?
An tibi per omnia ſacra iuratura ſum?
Pot. Reo locus defenſionis dandus eſt.

Nec

Nec contra eum temerè feram ſententiam.
Aeg. Plus uideo te tribuere mœcho, quàm mihi.
Iam adeſt domus noſtræ columen, interroga.

ACTVS III. SCAENA III.

Potiphar. Ioſeph. AEgla.

BOne uir ades, lepidumq; mancipium meum.
Io. Here admodum te uideo ſuccenſere mihi,
Obſecro te, in iraſtis memor clementiæ.
Pot. Tu ſcilicet meam roges clementiam,
Corruptor omnis familiæ & noſtri thori
Dic. egóne te (cùm paruulum non paruula
Pecunia mercatus eßem) non ſecus
Ac filium educaui? Io. Ita eſt, non ſecus here.
Pot. Num turpiter (ne quis putet) te abuſus ſum?
Vel anſulam libidinis tibi præbui? Io. Haud
Me abuſus es, uti Deus & hic ſol teſtis eſt.
Pot. Téne ego domus meæ omnibus uernaculis
Olim, & priuſquàm abirem in AEthiopiam adhuc
Præfeceram? Nonne omnium domus meæ?
Rerum negocia quoq; tibi tunc, præter hanc,
Thalami mei unam coniugem, commiſeram?
Io. Præfeceras, & plura quàm dicere queas
Commiſeras. Pot. An non perinde ac filium
(Loquere modo ex ſententia) ego & uxor mea
Te habuimus uſq; in hunc diem chariſsimum?
Io. Habuiſtis utiq; & unicum & chariſsimum.

Tantaq; fuere in me utriuſq; beneficia, ut
Neutri queam dignas referre gratias.
Pot. Quis ergo te Sathan eo dementiæ
Perduxit, ut thalamos meos adulteres,
Et coniugi per uim meæ ſtuprum offeras
Impurus, & longè omnium ingratiſsimus?
Io. Tuam domine ſalutem, honorem, & commodũ
Hucuſq; pro mea uirili quæſij,
Nec ego tuum cubile adulter pollui,
Nec coniugi ſtuprum intuli aut uiolentiam.
Aeg. Audis ut hic uerſutus omnia torqueat,
Dum ſe uafer uero neget ſtupraſſe me?
Pot. An id opere perpetraueris non quæritur,
(Quod abſit) at per uim quòd iſtuc uolueris.
Io. Nec pollui, nec uim intuli, nec uolui here.
Pot. Audin' tu eum? Aeg. Credin' tu ei? quid patior
Mihi cogitur fides mea fidei iſtius (hei
Viliſsimi cedere. quaſi is non audeat
Mentirier, qui haud ueritus eſt mœcharier.
Dic impudens, dic impudice hæc chlamys & hic
Galerus his in manibus unde relicta ſunt?
An non, tuum cùm ferre non poſſem impetum,
Clamore præſidium mihi quærebam, & hæc
Del ipſa (quid dico?) immò quæ deieceras
Dum elabererė, mihi tenebam pignori?
Omnis familia mea mei clamoris &

Tus

Tuæ fugæ mihi teſtis eſt. quid certius?
Pot. Si credimus tecmerijs nil certius.
Dic impudice, pallium unde coniugis?
Dic unde clamor, unde fuga proceſſerit?
Io. Nouit hera. Aeg. Noui, & iſtud obteſtata ſum.
An non palam conuictus eſt? Pot. Elinguis es?
Nunc aut fatendum crimen eſt, aut illico
Aperta ſigna apertius refellito.
Io. Miſerere quæſo innoxio. Pot. Qui? etiam ne me
Rides? ligate innoxium, quæ noxijs
Adhibenda uinculis ferreis. Io. Obſecro here.
Pot. Quid obſecras? nil impetras. abducite
In carcerem iſtunc regium, donec ſciam,
Quæ pœna tantis ſceleribus reſpondeat.
Aeg. Tantum ligatus carceri intrudendus eſt,
Qui illudere adeò nequiter mihi niſus eſt?
Hæc (proh nefas) cenſura digna Potiphar
Pro coniuge? Niſi patibulo affixus ſiet,
Tædet profecto animam meam uitæ meæ,
Mortem oppetam, uitam nego. Pot. Compeſcito hos
Animos, truces uxor mea. ſcio quatenus
Sit corrigenda iuuenis hæc laſciuia.
Ingredere, calor ætatis habeat gratiam.
Mihi moderandus eſt animus meus quoq;,
Ne temerè in inſontem uirum pronunciem.
Aeg. Hei mihi, nihil proficio, proh miſera occidi.

Reſtim quid Aeglæ præter unam reſiduum?
Pot. Quanto magis ſæuit, furit, ſcrocit hæc,
Tanto magis cauſa hæc mihi ſuſpecta ſit,
Hoc maximè, quod hic uſq; caſtus uixerit.
Macerato eo in cuſtodia aliquot menſibus
Omnem libidinem excoquam. poſt acrius
Examinabo eum hoc ſuper negocio.
Abducite. Io. Here. Po. Nō audio. Io. Heu me. Po. Ab
Cauebo ne uxor quid mali ſibi inferat. (ducite.
Non eſt malum quod ſuperet iram mulieris.

ACTVS III. SCAENA IIII.

Eupolemus. Stratophilus. Ioſeph. Familia. Deſmophylax.

TE oportet hanc erumnam Ioſeph exequi
AEquanimiter: nā ſi innocēs ſis (quod uelim)
Deus tuus te educet, & cum gloria
Propter tuam innocentiam te prouehet.
Premi innocentia ualet, at non opprimi.
Et ſi (quod abſit) uelut homo peccaueris.
Nouiſti heri clementiam, non te ſinet
In carcere (mihi credito) putreſcere.
Deferbeat ira heri, furorq; coniugis,
Scio mox redibis in priorem gratiam.
Io. Quanquàm innocens, nihilq; probri admiſi, ut eſt
Teſtis Deus, reiq; tandem euentus hoc
Probabit. hæc animo ſero æquo, & perferam.

Nullaq;

Nullaq; in heros maledicta uel probra ingeram.
Str. Facies probè. Eu. Procede Deſmophylax foras.
Fam. Noſterne Ioſeph carceri illigandus? Heu.
Eup. Hunc Potiphar dux militum tibi mi Phylax,
Licet approbum, cuſtodiendum tradidit.
Deſ. Hucuſq; tandem lapſa res quam dixeras
Nuper mihi diuine Ioſeph miſeriæ:
Tuus fui & tuus futurus ſum, modo
Liceat mihi per principum clementiam.
Ingredere, te mox omnibus præfecero,
Qui in hac tenentur regia cuſtodia.
Eu. Facies probè. Ioſeph uale. Io. Valete uos.
Valete uirgines & omnis familia.

ACTVS III. SCAENA V.

Catharis. Agna. Phronimus. Piſtus.

Vale mi Ioſeph caſtitatis amator, &
Herilibus fidelis in negocijs.
Det tibi Deus tuus animo iſthæc omnia
(Innoxius quæ pateris) æquo perpeti.
Ag. Quin' illa poßiet ſoror mala perpeti,
Qui patria pro caſtitate pulſus eſt:
Qui in ſeruitutem ingenuus hanc redactus eſt:
Qui in ignibus neq; medijs aduſtus eſt:
Et inter hæc quis uidit impotentius
Dolore confici? Quis inter proſpera
Etiam inſoleſcere? Haud ſinet ſuum Deus

Deficere

Deficere ſeruum in carceris ſqualloribus.
Piſ. Quid abſq; cauſa plus ſatis pauetis? Haud
Defecerit, nouimus heri clementiam,
Quantumq́; Hebræum diligat. Deferbeat
Pauliſper hæc uxoria æmulatio,
Reſtituet hunc in œconomiam priſtinam.
Implenda adhuc (mihi credite) ea ſunt ſomnia,
Quæ puer adhuc cum patre manens præuiderat,
Et fratribus narrarat indignantibus.
(Meminiſtis ut ſubinde nobis retulerit)
Videbam in agro (ait) manipulos undecim
Venerarier meum manipulum cernuos.
Solem atq; lunam, & ultro ſtellas undecim
Adorare me ceu numen aliquod ſupplices.
Quod fratribus fuit odij incitabulum.
Adhuc uidebimus (mihi credite) patrem,
Matrem, atq; fratres undecim tum ſupplices
Sublimem Ioſeph gloria uenerarier.
Cat. Expendis hæc penitius atq; ego ſomnia
Mi Piſte, faxit arbiter Deus, ut queat
Tandem innocens probarier. Pi. Probabitur,
Seruabitur, honorabitur. Ag. Faxint Dij.
Phro. Faxint. Eamus intrò, ne ſi forte herus
Foras iturus me exigat, & abſentiam
Durè meam redarguat, & hera furijs
Agitata uos diuerberet. Cat. Sequimur, præi.

Video

Video & alios in carcerem traducier
Ex regia familia, ut habitus indicat.
Spectemus alongè obſecro euentum rei.

ACTVS III. SCENA VI.


Miniſtri regij duo. Captiui duo.
Deſmophylax. Ioſeph.

PRodito Deſmophylax foras. Deſ. Cuſtós adeſt.
Hype. Hós tibi duos uirtute regis maximi
Cuſtodiendos trádimus: ſic ſerua eos
Vt regio imperio ſatis feciſſe te
Quando exigeris comprobes. Deſ. Operam dabo.
Aliud ne uult rex maximus curarier?
Hyp. Nihil, uale. Deſ. Valete. Ioſeph hos tuæ
Commendo curæ atq; fidei, ut nutrias, colas,
Et mente amaros lenias. Io. Ingredimini. Cap. Heu.
Ioſ. Non illibenter fecero. Deſ. Dij boni
Quid aſpicio? quàm ſubita rerum uarietas.
Priorem Hebræum, quo fidelior haud erat
Vel ſanctior, dein principes duos uiros,
Quorum alter erat à caliculis regi, alter hic
Quoq; regijs piſtoribus præerat, modò
Fortuna fallax carceri ſimul inijcit.
Quis igitur illius tametſi ampliſsimis
Fidat (niſi excors) dotibus. Redeo ad meos.


CHORVS per Ioſephũ & Captiuos, carmine Glyconico, ex Pſalmo, Vſquequo dñe obliuiſceris.

Vſque=

226



Vſquequo dominãs Deꝰ Eris quæſo mei immemor?



V, que quo à famulo tuo Auertes faciem tuam?

Captiui cum Deſmophilace.



is Hebræe animo bono, Virtus non ualet opprimi.

Vſq; quo Deus atterent
Curarum mala cor meum,
Quæ mœroribus indies
Hæc præcordia macerant? Sis Hebræe. &c.

Quouſq; hoſtis meus erigens
Contra me caput, opprimet?
Me Deus meus aſpice,
Exaudiq́; preces meas. Sis Hebræe. &c.

Illuſtra mea lumina,
Ne in mortem ſopor incidat,

Et iactet

Et iactet ualuiſſe ſe
Contra me furor hoſticus. Sis Hebrææ. &c.
Si motus fuero, hoſtibus
Pateſcam opprobrio meis,
At cùm tu miſeros iuues,
In te Spem poſui meam. Sis Hebrææ ani:
Gaudebit quoq; cor meum,
Cùm ſalus mihi uenerit,
Tum cantabo Deo, boni
Cùm tantum mihi fecerit. Sis Hebrææ. &c.

ACTVS IIII. SCAENA I. Trimetri.

Artocopus. Oenochous. Ioſeph.

HAc nocte tot me terruere inſomnia,
Vt mens mea etiam dum uigilo turbata ſit.
Oeno. Errare (eho) fecere multos ſomnia,
Et ipſe uidi inſomnium, nec me tamen
Res ipſa deſtituit gradu. Bono es animo.
Arto. Si mihi ſiet qui interpretetur, ominis
Quiddam latet noſtro ſub hoc inſomnio.
Oen. Myſteriũ quoq; noſtrũ habet, modo adhibeas
Fidum atq; doctum interpreté. Art. quẽ proh dolor
Interpretem fidum hic dabo in cuſtodia?
Io. Saluete. quid fratres mei ſolito magis
Triſtamini, mœrorq; uultus deprimit?
Oeno. Vidimus uterq; ſomnium, nec quiſpiam
Qui interpretetur obuiu'ſt. Io. Dic mihi prior

Tu ſom=

Tu ſomnium. per me Deus operabitur.
Oeno. Faxit deus. Io. Dic ſomniũ. Oeno. Mihi quidẽ
Apparuit uitis trium propaginum,
Quæ uuas mihi poſt gemmulas & floſculos
Maturrimas uiſæ affatim producere.
Videbar & manu mea tenere me
Calicem Parhonis aureum, uiniq; ei ex
Vuis liquorem imprimere limpidiſsimum, &
Porrigere regi poculum. Hem noſtrum tibi
Inſomnium. Io. Euge, inſomnium boni ominis,
Nam in uite tres propagines, tres ſunt dies,
Poſt quos Parho tui meminerit, atq; te
Reſtituet ultro dignitati priſtinæ.
Tunc obſecro, cùm læta cuncta & proſpera
Tibi fuerint, tui memento interpretis.
Vt ſuggeras regi Parhoni, quo ſinat me
Ex carcere hoc educier, quòd ex mei
Patris domo furtim actus ac uenundatus
Sim, & innocens in hunc lacum detruſus ſim.
Oeno. Deis tibiq; gratias ago maximas
Interpreti meo, nec tanti ero
Vnquam immemor beneficij, dum uixero.
Et quod rogas, & quicquid ultra in rem tuam
Coram Parhone facere queam, non differam.
Art. Coniector es uere [illegible] (uelut audio)
Diuine Ioſeph, ita quadrant hæc ſingula.

Reg

Rogo te quoq;,ut meme quod angit ſomnium
Meum explices.Io.Tuum refer quoq; ſomnium.
Art. Pariter uidebar habere me in capite meo
Caniſtra tria farinæ,& in ſummo cibos
Omnes,meæ artis quos coquo peritia,
Ex ipſo auesq; paſcier.Viſum hoc meum.
Vide quid hoc portendat ominis boni.
Io.Heu ſomnium hoc mali ominis præludium:
Nam tria caniſtra tres dies ſignant adhuc,
Poſt quos Farho te capite plexum indet cruci,
Carnesq; lacerabunt tuas ibi uultures.
Art.Me miſerum,ut eſt diſsimile id ominis alteri.
Io.AEquo feras oportet animo,quod ne quis
Reuincere,ex æquo omnibus mors imminet,
Licet hunc modo,modo alterum præoccupet.
Vos mutuo ſolamini,quòd alia ſunt
Mihi in alios mox exhibenda munera.
Valete.Oeno.Tu diuine Ioſeph quoq; uale.

ACTVS IIII. SCAENA II.

potiphar ſolus.

CVræ graues & opprimunt,& ex eo
Oppreſſere me,quo ſeruũ Hebræũ in carcerẽ
Conieci,& expuli domo,cuius fides
Mihi tam probata erat,ut mihi nunquã queat
Fieri ullius probatior. Cuius meam
Omnem erudibat familiam ſapientia,

Cuius meam rem familiarem & intus &
Foris gubernabat ſimul prudentia.
Nunc unà (ut animaduerto) cuncta hæc peſſum eunt,
Sublato eo per quem ſimul ſeruata erant.
Adibo eum ſat maceratum (ut autumo) &
Si probra coram me atq; læſa coniuge
Fateatur, & ſibi cupiat ignoſcier,
Hac eruam cuſtodia, atq; priſtino
Mox alligabo muneri. hem cuſtos adeſt.

ACTVS quarti SCAENA tertia.

Deſmophylax. Potiphar.

SAlue patrone. Pot. Saluus es. quid Hebræus hic
Meus agit? adhuc ualet? De. Valet pancraticè.
Pot. Is eſt
Mihi modo conueniendus. Deſ. Hem, ſperaueram
Dicturum, is eruendus eſt. Pot. Poſt tantáne
Flagitia? Deſ. Non queo mi patrone inducere in
Animum meum, quòd Hebræus ea patrauerit.
Pot. Manifeſtiora ſigna ſunt, quàm tu queas
Refellere. Deſ. At factum negat conſtantius,
Quàm mihi per iſthæc indicia perſuadeas.
Pot. Morare dum ſolus loquar puero meo.
Deſ. Aduerto quòd cupiat Ioſeph carceris
Non illigatum, aut erutum ſqualoribus,
Quòd iure ſuſpicetur illum innoxium, &
Quòd careat ægrè illius opera in ædibus.

Verum

verum timet ſuam procacem coniugem,
Cuius ueretur obuiare iuſsibus.
Proh pudor, ut eſt hæc ſeruitus fœdiſsima,
Exercitus ut imperator regij
Plus hoſtibus domi timeat uxorculam.
Non is mihi liber uidetur, cui imperat,
Iubet, uetat muliercula id quod ſibi libet,
Quiq; imperanti nil negat. Nam dandum erit
Si poſtulet, ueniendum erit ſi accerſiat,
Si eijciat exeundum erit, ſi irata ſit
Timendum erit, ſi ſeruulorum quemlibet
Exoſum habeat, in hunc (licet ſit innocens)
Nolit uelit cogatur animaduertere.
Vtrunq; doleo, ſed mage inſontem uirum,
Qui propter odium fœminæ lacui inſidet.
Sed eccum herum, confecto adeſt negocio.

ACTVS IIII. SCAENA IIII.

Potiphar. Deſmophylax.

FAceſsit hic mihi denuo negocium
Curasq; curis aggrauat. Deſ. Breui admodū
Tuum expediſti mi Patrone negocium.
Pot. Breui quidem, ſed malè, quòd hic me offenderit.
Deſ. Qui Potiphar? Pot. Tu ſcis meo quàm fuerit is
Charus animo, priuſquàm in uxorem meam
Delinqueret. Deſ. Noui probè. Pot. Memor illius
Amoris, & mihi fidei olim præſtitæ,

Iam mitigata uix mea prece coniuge,
Venio, offeroq; remiſsionem criminum,
Modo facta coram me atq; læſa coniuge
Sponte propria ſupplex uolet ſaterier.
Quid multa? idem quod cecinit olim canticum
Mihi occinit. Deſ. Quòd illud eſt? Pot. Quòd ſcilicet
In me nihil, (quod tolero) nihil in coniugem
Peccauerit. neq; poſſe ſe quouis modo
Induci, ut id mendax fateri debeat,
Quod neutiquam commiſerit. cùm ſint tamen
Tum ſigna tum tecmeria manifeſta, ad hæc
Totius aſtipulante uerbis coniugis
Meæ familiæ rite teſtimonio.
Deſ. Tu uideris quid feceris. Niſi ſit tibi
Mihiq; & omni familiæ uirtus fidesq;
Probata ab annis pluribus, profecto apud
Me plus ualerent teſtimonia ſignaq;
Nec credo familiam tuam teſtarier,
Quod uiderit ſcelus, ſed aut clamantis, aut
Fugientis indicium admodum mihi frigidum.
Audiuerit uel uiderit. quaſi non queant
Iſthæc ſimul cum pallio, facile alio
Torquerier. Po. Video equidem te hæc proſequi, ut
Probro meam inſimules pudicam coniugem.
Quam Hebræus ipſe criminis non arguit.
Deſ. Ne iraſcitor. Nec ipſe criminis arguo,

Suffra-

Suffrager autem inſonti & innocuo uiro.
Pot.Super hac tibi re controuerſa alias loquar,
Quod hoc die haud uacet mihi argutarier.
Nam proximus nunc regius natalis eſt,
Cui haud abſq; cura multa mihi paranda ſunt.
Deſ.Mihi quoq; agenda multa in ædibus,uale.
Pot.Vale.& hic mihi cauſam uiri ambiguam facit.
At honeſtius,commodius,& ſecurius
Eſt credere meæ coniugi quàm emptitio.
Video miniſtros regios quo neſcio
Properare maturo gradu. profectò habent
Verè arduum negocium.Recta igitur hinc
Domo relicta propero ad aulam regiam,
Si forte rex me quoq; uelit res ſerias
Tractare uel quadantenus diſponere.

ACTVS IIII. SCAENA V.

Apotomus. Hyperetes.

QVidnam putas ex hoc futurum Hypereta,
Quòd in ſui natalis hoc conuiuio
Parho iubet rex maximus tum à poculis
Tum artocopon ex ergaſtulis producier
An uterq; reſtituendus,an plectendus eſt?
Hyp.Neutrum ego quidẽ mihi ſuadeo,ſed alterum
Duntaxat eſſe recipiendum,& alterum
Plectendum ab ipſo ſuſpicor,ut in altero

Suam indicet clementiam, atq; in altero
Seueritatem iudicis (uelut aſſolet
Sub ferijs) mox propalet. Ap. Pol feriæ
Non feriæ, aſt atri dies in altero.
Hem tibi uirum. ———

ACTVS IIII. SCAENA VI.

Hyperetes. Deſmophylax. Ioſeph. Captiui duo.

HEus adeſſe Deſmophylax duos
Præcipe uiros, quos tibi tenendos tradidi.
Deſ. Producier curabo. Ioſeph ducito
Regis miniſtros huc foras. Io. Produxero.
Deſ. Quid maximus rex hos iubet ſub ferijs
Producier? Natalis hic qui gaudij
Solet eſſe, num mœroris erit & luctuis?
Hyp. Videbitur. Io. Iã Oenochoe noſtri memineris.
Oen. Meminero dũmodo uixero. Io. Fidito mihi. Ar.
Hy. Prodite. mox uos regi oportet ſiſtier. (Heu.
Oeno. Præſto ſumus, illuc ducite. Ar. heu. Deſ. Quid illud eſt
Quòd altero gaudẽte hic alter ingemit?
Io. Dicam tibi. Pincerna regi ex gratia
Seruabitur. ſed Piſtor enecabitur.
Deſ. Vterq; præſciuit ſuam ſententiam?
Io. Præſciuit. Deſ. At quo iudice? Io. Haud me iudice,
Sed ſomniorum interprete. Deſ. Hem. quæ ſomnia?
Io. Memorare non decet hoc loco, quòd atrio

Sunt

gunt aperiendo proximi. intus dixero.
Præi, ſequar. Deſ. Sic fecerimus honeſtius.


ACTVS IIII. SCAENA VII.

Hyperetes. Oenochous. Artocopus. Parho.


VTrunq; iudicio tuo Rex maximè
Hic facinoroſum ſiſtimus, uti pro tuo
Arbitrio uel liberes uel punias.
Oeno. Rex obſecro memor tuæ clementiæ
Ignoſce delictum meum, quo ſtultus in
Te & dignitatem regiam peccaueram.
Art. O rex tremende meam mihi uitam obſecro.
Par. Ceſſa. Memor pincerna ſedulitatis &
Fidei tuæ, noxam remitto, uitam habe, &
Fungere miniſterio tuo. Oeno. Dum uiuo rex
Vitam meam tibi debeo, gratusq́; ero.
Par. Surge, huc ades mi, infunde uina poculis.
Piſtor tuæ dementiæ pœnas dabis.
Art. Miſerere rex. Par. Miſertus ſum. nunc iudico.
Capite reciſo pro tuis facinoribus,
Suſpenſus in cruce ab auibus laceraberis.
Ar. Me miſerũ, ut eſt amara mors. Pa. Apagete eũ.
Pa. Nos læti agam⁹ ad epulas quod attinet. (Hy. Hẽ.
Modulos canant tibicines & oſcines.

CHORVS.


Ex Eſdræ libro tertio.
Iambico dimetro pentaſtropho.



Bacchus tametſi præpotēs, Et præpotēs Rex q̃ſpiā,



Et præpotētes Mulieres, Tamē omnibus potētior



Victorioſa Veritas. Bacchus. &c.

Vinum bibentes decipit,
Regisq; mentem & orphani,
Vernaculi atq; liberi,
Pauperrimiq; & diuitis,
Facit unius ſententiæ. Bacchus.

Hoc recreat in conuiuio,
Cor omne, & omnem negligit
Dolorem, & omne debitum,
Facitq; mentes diuites
Mox omnium quos occupat. Bacchus.

Regem uereri aut ſatrapen

Non

Non nouit, at cum pondere
Myſtas ſuos loqui facit,
Cædereq; amicum & proximum,
Poſtq; omnium obliuiſcier. Bacchus.
Rex omnibus mortalibus
Dominatur, & quod iuſſerit
Mox exequuntur impigri,
Si bella, ruptis mœnibus
Ciues trucidandi enecant. Bacchus.
Qui militant, ſi uicerint,
Regi ſuo ſpolia adferunt,
Non militantes excolunt
Terram, atq; regi ex fructibus
Meßis tributa penſitant. Bacchus.
Vt unus ipſe iuſſerit
Necant, remittunt, uerberant,
Vaſtant, ſtruunt, uellunt, ferunt,
Omnes eidem obœdiunt,
Et unus ipſe immunis eſt. Bacchus.
Ad hæc, recumbit, edit, bibit,
Dormitq;, ſeptus regio
Famulantium munimine,
Nec quiſpiam qui cedat eſt,
Sed conſtat, & ſua negligit. Bacch.
Vino Mulier & regibus
Dominatur, ut quod gignat, &

Enutriat ſeu ueſtiat
Regem & ſatores bacchicos,
Quod & omnibus neceſſa ſit. Bacch.
Si argentum & aurum homo colligat,
Et cuncta quæ precioſa ſunt,
Videatq; pulchram mulierem,
Illi relictis omnibus
Medullitus cohæſerit. Bacchus.
Hanc propter & patrem ſuum,
Suamq; matrem & patriam
Dulces alumnos negligit,
Cum ea remittit & animam,
Charorum & obliuiſcitur. Bacch.
Dolorem, onera, pericula,
Abominandaq; ſcelera,
Furtum, latrocinium, dolum,
Dementiam, & mortem ultimam
Ob mulierem ſolet aggredi. Bacch.
Quantumlibet rex magnus eſt,
Tamen eſt memoria proditum,
Quod mulier in conuiuio
Diadema eidem abſtulerit, &
Siniſtra eum ceciderit. Bacchus.
Licet tamen ſic polleant
Liber pater, rex, fœmina,
Plus quoq; duobus fœmina,

Nihil

Nihilominus plus omnibus
Valet & triumphat Veritas. Bacc.
Quis condidit ſimul omnia?
Quis dirigit cœleſtia?
Quis regit & hæc terreſtria?
Quis mare gubernat & aëra?
Niſi increata ueritas? Bacchus.
Nam ueritas Deus unus eſt,
Deus optimus ter maximus,
Qui dedit Iaccho uim ſuam,
Et regibus potentiam,
Mulieribusq; gratiam. Bacchus.
Hanc ſuperi adorant & tremūt,
Hanc inferi horrent & pauent,
Hanc iure terrigenûm greges,
Rex, ſeruulus, fœlix, miſer,
Colunt, honorant, inuocant. Bacch.
Sunt uina iniqua, rex quoq;
Iniquus, & iniqua mulier,
Iniquum & omne hominum genus.
At ſola domini Veritas
Manet æqua in omnia ſæcula. Bacchus ta. &c.

ACTVS V. SCAENA I. Trimetri.

Parho. Sapientes. Potiphar.

INſomnium pharij uiri huius noctis in
Conticinio uidi, quod (uti conſydero)

Propriam

Propriam profecto interprætationē habet.
Quapropter huc uos aduocaui, ut cōgruam
Mihi eius explicetis hermeniam, & ut
Sciam ex ea quæ agenda uel uitanda ſunt.
Sap. In ſempiternum uiue rex. dic ſomnium, &
Interpretari noſtrum erit pro uiribus.
Par. Mihi uidebar ſtare in alta fluminis
Ripa, & uidere ex alueo eius progredi
Septem boues multo omnium pulcherrimas,
Et in palude paſcier. Vidi deinde
Alias boues numero pari procedere, &
Paſci (licet fruſtra) in locis uirentibus,
Tanta macredine ſqualidas ut nunquam eis
Deformiores uiderim. Atqui hæ pinguium
Omnem uorarunt inde pulchritudinem,
Pari tamen macie manentes ſqualidæ.
Sap. Viſum hoc Parho diuina res & myſtica eſt.
Noſtro nec ingenio explicandum ſuſpicor.
Par. Silete dum reliqua eloquar. Rurſum deinde
Obdormio, uideor mihi ſpicas adhuc
Septem uidere pullulantes unico ex
Culmo, elegantes turgidasq; ſemine.
Mox & alias tenues, rubigine marcidas
Numero pari ſpicas uidebam ſubſequi,
Quæ omnem priorum facile pulchritudinem
Deglutierunt, Somnium ex me audiſtis, &

Enterpretatinem adæque poſtulo.
Sap. Non eſt Parho inter nos magus, diuinus, aut
Pharius ſophos, qui iſtuc tibi myſterium
Digne explicet. niſi forſitan ſit Potiphar
Vates Serapidis, & ſacerdos Iſidis,
Cui thure placata obſequuntur numina.
Pot. Nec tanta mihi rex maxime ſapientia eſt,
Vt ſomnij myſterium digne explicem, at
Tua faciat quod ſuadeo clementia, ut
Fiat ſophis dilatio uſque in craſtinum,
Si forte ſit tunc quiſpiam qui enucleet.
Par. Me luditis, tempusq́; redimitis. Niſi
Diſſolueritis ſomnium intra horarium,
Peribitis. Num in hoc alam uos maximis
Stipendijs, ut in arduis negocijs
Stolidus dari mihi uerba pro rebus ſinam?
Abite mox, & quod iubeo faceſſite.

ACTVS V. SCAENA II.

Potiphar. Sapientes.

ANguſtiæ me & uos præmunt uiri, quia
Nec me Dij, nec uos ſophia ſeruauerit.
Nam uideo in hoc inſomnio ſummi Dei
Mortalibusq́; incogniti myſterium.
Nihilominus ſatagite, quiſq; pro ſua
Sapientia quid poſſiet. ego ad Apidis
Properabo ſanum ut precibus & ſacrificijs

Numine

Numine propicio, oraculum illi extorqueam.
Sap. Faxint Dij. Pot. Satagite uos, faxint Dij,
Ne regis ira innoxios nos opprimat.
Anguſtiæ mentem meam premunt graues,
Neſcio mea quid pro ſalute fecero.
O ſi mihi nunc quiſpiam domi ſtet,
Cui dubijs in rebus his mentem meam
Aperiam, & in ſinum illius curas meas
Effundam. At heu nullus mihi fidelis eſt.
Te ſero Ioſeph doleo miſſum in carcerem,
Qui in omnibus fueras mihi ſolatio.
Loquar familiæ, & fanum Adibo Serapidis,
Quid denuo pincerna habet?—

ACTVS quinti SCAENA tertia.

Oenochous. Parho. Hyperetes.

TE obſecro rex
Meam mihi remitte negligentiam.
Par. Quã? Oe. Cùm ego tuusq; Artocopus ob noſtra (ſcelera
Includeremur ferro onuſti carceri,
Vidimus uterq; ſomnium, certiſsimum
Vitæ & necis præſagium. Quod cuipiam
Vbi ſeruo Hebræo pariter indicauimus,
Tam plane utriq; explicuit, ut uitæ ego quidem
Seruandum adhuc me noſcerem, uerum ille ſe
Sciret neci tradendum, ut exitus rei
Probauit. Itaq; interpres ille obnoxius

Rogare

Rogare me, ut memor ſui tibi ſuggeram,
Quo ex carcere queat innocens educier.
Porrò ego uiri ingratus beneficio, hactenus
Silui, modo anſam ſors lequendi præſtitit.
Hunc, ſomnij ſi rex petas interpretem,
Iube ocyus uocarier. nil prorſum erit,
Quod non facile reſoluerit. Par. Surge, ut mihi
Reſpondeas. Quis hic Hebræus, quem tibi
Dicis fuiſſe interpretem? Oeno. Hic furtim è ſua
Terra atq; gente libera translatus eſt,
Fraterna ob odia, & Potiphari uenundatus,
Tandem innocens in carcerem demerſus eſt.
Pa. Quidũ innocẽs? Oe. Hunc Potiphar metu ſuæ &
Liuore adactus coniugis, detruſit huc.
Par. Putas meum mihi ſomnium retexat hic?
Oeno. Retaxat hic nam ſpiritum Deorum habet.
Cuius quidem (quo multa paucis explicem)
Modeſtiæ, prudentiæ, ſapientiæ
Aegyptus hæc nunquàm ſecundum protulit.
Par. Adducite hunc, aſtetq; noſtro uultui.
Tu modo caue, ne talium ſis immemor.
Oeno. Cauebo rex. Hyp. Exibimus, uirum quoq;
Tonſum (ut decet) lotum, atq; ueſte ægyptia
Circundatum, tibi rex Parho exhibebimus.
Par. Satagite. quàm fieri poteſt celerrimè.
Hy. Dabimus operam. Si innoxius (uelut aſſeris)

Qui

Qui Potiphar caput ſuum tuebitur.
Oeno. Ipſe uideat, dum coniugi plus credidit,
Quàm pro ſui nominis honore debuit.
Hē cōmodū. Hy. Quid? Oeno. Ecce cuſtos carceris.

ACTVS quinti SCAENA quarta.

Oenochous. Deſmophylax. Ioſeph. Hyperetes.

HEus tu. Deſ. Quis hic qui me uocat? Oe. Nos reſpice.
Deſ. Saluete principes uiri. & tibi gratulor
Pincerna, quod iam dignitati priſtinæ
Ad pocla reſtitutus es. Miror tamen,
Quòd uſq; adhuc interpretis tibi commodi
Oblitus es. Oeno. Iam ſaxo ad amplam gloriam
Que at euehi. Deſ. Certóne? Oeno. Certo certius.
Vocetur huc. Deſ. Faxint Dij beati, Ades
Ioſephe, ades, ſepone quæq; agenda ſunt.
Io. Adſum domine. Saluete principes uiri. At
Hæc gratia eſt interpreti: Hæc ſpoponderas
Pincerna, de te bene merenti in carcere?
Oeno. Pudet ad te Ioſeph eleuare oculos meos.
Ignoſce quæſo in hunc diem ſocordiæ
Meæ atq; ingratitudini. Iam ſaxo eas
Ad honorem & amplam gloriam. Nam te Parho
Me ſuggerente iuſsit accerſirier,
Vt uiſa ſibi quæ alios latent inſomnia
Digno explices myſterio. Io. Credere licet?

Hyp.

Hyp. Credas Ioſeph maxime, quòd in hoc duos
Nos miſit, ut te carceris lacu erutum, &
Tonſum (ut decet) ſiſtamus eius uultui.
Io. Tandem ne Dee ſamulū tuum humilē reſpicis?
Tandem ne preſſa hucuſq; uincet ueritas?
Me quolibet ducite uiri. Phylax uale.
Deſ. Tu quoq; uale diuine Ioſeph plurimum.
Hy. Nos ſequere Hebræe, quòd antequā ſiſtēdus es,
Tonſus, lauandus, & induendus es. Io. Sequer.

ACTVS V. SCAENA V.

Deſmophylax ſolus.

Quàm gaudeo uita uirum integerrima
Pædore carceris erutum? Veruntamen
Quid ceſſo conuenire herum, ad quantamq́; ſit
Vir euehendus gloriam prædicere?
Timendum ei, (ſed maximè eius coniugi)
Malum parari peßimum, qui ob mulieris
Inſtantiam, inſontem uirum durißimas
Voluit ſubire in carcere hoc anguſtias.
Probata mihi uiri uſq; ab adoleſcentia
Et caſtitas ueneranda fuit, in omnibusq́;
Heri negocijs ſtupenda fidelitas,
At mulieris pudicitia non mihi modo,
Sed & integro famulicio ſuſpecta erat.
Quid mihi ſubinde dum uirebam corpore

Vltro obtulit, me propter inclytam uiri
Famam tuendam, efferre libertum haud decet.
Nec me latet Piſtus quid olim ſeruulus
(Dum curioſius acta dictaq; herilia
Venatus eſt) ſubinde deprehenderit.
Et commodum: nam egreditur ipſus huc foras,
Fortaſſe herili expulſus inclementia.
Libet (antequàm ſe abducat hinc porro) alloqui.

ACTVS V. SCAENA VI.

Piſtos. Deſmophylax.

VT eſt nihil quietis unquam in ædibus.
Deſ. Heus tu. Piſ. Hé quid eſt? quis me uocat?
Deſ. Herus eſt domi?
Pi. Non eſt. Deſ. quò abijt? Pi. In Apidis phanũ, ut ſa
Peracto ab extis auguret, quid ſomnia (cro
Iam oſtenſa regi cœlitus portenderint.
Deſ. Fruſtra abijt illò, & exta fruſtra conſulet,
Fruſtraq; diuinabit. Alius eſt enim
Repertus, hæc qui euoluerit myſteria.
Pi. Singularis ille ſiet oportet Oedipus,
Qui tam arduum negocium digne explicet,
Quod tot magi, pharij, ſophi, atq; aruſpices
Ægypti in hanc horam haud queunt euoluere, ut
Prius quàm abiret ex hero reſciuimus.
Deſ. Repertus eſt (inquam) omnibus qui præſtat his
Noſtris

Noſtris philoſophis atq; uaniloquis uiris
Suopte ueriuerbio. Pi. Dic age, quis eſt?
Deſ. Is noſter eſt Hebræus execrabilis.
Pi. Quis ille Hebræus? De. Heræ ſtuprator perfidus.
Quem propter indignum facinus in carcerem
Potiphar herus cum furibus detruſerat.
Pi. An ille Ioſeph? Deſ. Ille Ioſeph. Pi. Lachrymæ
Mihi oboriuntur. Ille Ioſeph? Deſ. Ipſus eſt.
Pi. Heu uir pudice, uir fidelis, uir probe,
Quàm indigna propter caſtitatem paſſus eſt.
Nec is infidelis, nec ſtuprátor heræ fuit,
Virtute ſumma præditus. Noui tuos
Liberte mores & ſales. ſcio te nihil
Iuueni optimo contrarium molirier.
Deſ. Id ipſus eſt expertus uſq; in hunc diem.
Cui credidi res ultro carcerarias,
Et omnibus præfeceram cuſtodijs.
Pi. Nil certius. Dic ſerio bona fide,
Res ſeſe Ioſeph nunc habent fœlicius?
Deſ. Profecto fœliciſsimè. Noſti duos
Regis miniſtros ob ſua facinora meæ
Contraditos cuſtodiæ? Pi. Noui. Deſ. Hos ego
Fideli Ioſeph credidi. Pi. Quid poſtea?
Deſ. Sile parum. Videre uterq; ſomnium
Rei futuræ maximum præſagium,
Quod ubi reſoluit utriſq; Ioſeph triſtibus,

Suſpenſus alter in malam crucem, alter eſt
Vitæ à Parbone reſtitutus uſui,
Primoq́; pocillandi honeſto muneri.
Pi. Rem teneo prorſus, tres caniſtros, atq; tres
Propagines. tu perge dicere. Deſ. Hæc ubi
Pincerna regi prodidit, iuſsit ſtatim
Vatem eripi ſqualoribus, ſuo quoq;
Conſpectui clementer exhiberier.
Pi. Euge euge. Deſ. Iam tondetur intus, illico
Redimitum honeſtis ueſtibus uidebimus
Producier. Pi. Faxint Dij, ut mente integra
Animoq́; præſenti ualeat ænigmata
Interpretari, & inuenire gratiam.
Deſ. Fidito, ualebit, haud enim uulgarium
Noſtrûm Deorum afflatus eſt hic numine.
Pi. Quid? non Apollinis? Serapidis? Iſidis?
Deſ. Portenta ſunt hæc uana, non pia numina,
Quorum is docet nos ſacra deteſtarier,
Deumq́; cœli maximum uenerarier.
Vnde hic locus miſcere ſermones modo
Non poſtulat. Pi. Iccabar. Is quoq; nos deum
Verum docuit olim domi uenerarier.
Video itaq; heris cladem imminere maximam,
Ob impudentiam eorum & imprudentiam.
Deſ. Pol maximam, ſi non malo obuiauerint.
Nam facile ſe regi probabit innocentem,

Et ė ſon

Et è ſolo natali in hunc furtim locum
Tranſlatum, honeſto ortum patre atq; libero.
Pi. Quid audio? patre libero? Deſ. Ingenuo quoq;.
Plus millies audiui ab ipſo in carcere. Hac
De cauſa, heri ut prudens ſaluti conſulam,
Carcere relicto me huc recepi. Herus mihi
Quærendus, admonendus, inducendus eſt,
Occurrat ut malo quod imminet. Vale.
Pi. Vale, ubi tibi prædixeram, ipſum offenderis.
Dij boni, quis ciuium hic concurſus eſt?
Ioſeph ſtolatum eduxerint, ſpectandum erit.

ACTVS V. SCAENA VII.

Oenechous. Ioſeph. Hyperetes.

HOc eſt Ioſeph quòd tibi promiſeram,
Si modo queas regi Parhoni ſomnia,
Quæ iam tibi memoraui, ad unguẽ exponere, &
Eorum ſenſus myſticos euoluere,
Ingenuitate priſtina, opibus maximis,
Ampliſſimaq; gloria donaberis.
Io. Nihil mihi ſublimium rerum arrogo,
Penes ſuum authorem ſit omnis gloria.
Deus abſq; me oſtendit Parhoni ſomnia.
Per me Deus regi aperiet myſteria.
Sine me Deus dabit Parhoni proſpera.
Oe. Cùm te ſciam diuinum habere ſpiritum,

Non dubito quin præſtare, quæ de te modo
Regi ſpopondi, poßies. Sed ecce Rex
Foribus atrij patentibus, ſolium occupat.
Morare paululum, ut te adeſſe nunciem.
Hyp. Prudenter hoc, eat ut te adeſſe nunciet.
Io. Eat, & quod illi placuerit renunciet.
Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iſrahel,
Patrum meorum, à quo omnis eſt ſcientia &
Prudentia, & qui ſolus omnium abditorum
Es cognitor, da mihi tuarum ſedium
Rogo præſidem ſapientiam, ut regi omnia
Dilucide queam explicare, quæ tu ei
Sub inuolucro tradidiſti obſcurius.

ACTVS V. SCAENA VIII.

Oenochous. Parho. Ioſeph. Thaltibius.

REx omnium regum Parho ter maxime,
Adeſt Ioſeph omnium quos terra habet
Interpretum quidem facile princeps, ſibi
Quem uoluerat tua celſitudo adducier.
Par. Iſthunc uirum hactenus moror, cur ſtat foris?
Quin' introducitur? Oeno. Introduxero, huc ades
Ioſeph, Parho rex maximus te ſibi iubet
Aßiſtere. Io. Præſto ſum, & animo regis ad
Iuſſum negociumq; ſum promptißimo.
Oeno. Procede, ne uerere, nam regi places.

Io. In ſempiternum uiue rex ter maxime.
Vitam meam Parho, omniumq́; qui ſuam
Per impudentiam, uel imprudentiam,
Dolúmue multo peßimum, me liberum
Et innocentem in ſeruitutem & carcerem
Hucuſq; tradidere, mihi doná obſecro.
Par. Tibi dono & hoc, & quicquid aliud petieris.
Neq; me latet fraterna coniuratio,
Falſáq; mulieris de ſtupro inſimulatio.
Exurge, ſis animæquior. nullus tibi in
Regno meo (modo ſim Parho) aduerſabitur.
Et ſi quidem mihi ſolueris ænigmata,
Quæ propoſuero interpretanda, (nam ferunt
Te habere coniectandi ab excelſo Deo
Scientiam) te excelſiorem fecero
Cunctis tuis maioribus uel hoſtibus.
Io. Regi uirili pro mea ultro inſeruiam.
Per meq́; regi interpretabitur Deus,
Illi abſq; me quæ oſtendit alta ſomnia.
Et abſq; me dabit Parhoni proſpera.
Rex itaq; dicat ſomnia, & myſterium
Conabimur Deo adiuuante euoluere.
Par. Auſculta & animaduerte, paucis dixero.
Ego recubans noctis quieto tempore in
Stratu meo, expendensq́; regni totius
Varia negocia, pauperum infortunia, &

 Ampliſſi-

Ampliſſimas poſſeſſiones diuitum,
Preſſus ſopore graui uidebam ex alueo
Prodire Nili fluminis ſeptem boues
Pulcherrimas ſpecie, atq; obeſas carnibus,
Herbaſq́; lætas ac uirentes carpere.
Septem deinde alias ſequentes ſquallidas
Atq; macilentas, quæ omnium præeuntium
Boum uorabant craſſitudinem. Dein
Expergefactus denuò in ſomnium incidi,
Septemq́; ſpicas intuebar uberes
Plenaſq́;, natas culmo in unico, ſed &
Suppullulantes alteræ numero pari,
Et marcidæ & tenues uorabant illico
Omnem priorum pulchritudinem. Hæc quidem
Mea ſomnia, hæc me terruerunt oppido,
Hæc omnibus domus meæ prudentibus
Examinanda tradidi, nec explicant.
Porrò tibi, qui ſpiritum uiui Dei
Ioſeph tenes, facile explicanda fidimus.
Io. Ἄνευ θεοῦ τὸ δ' οὐ Φαρῶ σωτήριον
Ἀποκριθήσεται. Creator omnium
Deus indicat Regi per iſtæc ſomnia,
Quæ gente in hac AEgyptia futura ſunt.
Intende Rex Parho meis ſermonibus.
Septem boues pinguiſſimæ ſeptem indicant
Annos inauditæq́; fertilitatis, &

Rerum omnium naſcentium affluentiæ.
Septem deinde boues macræ atq; ſquallidæ
Septem alteros annos figurant, maximæ
Famis, atq; frugis omnis indigentiæ,
Qui deuorabunt omnium præeuntium
Rex magne plenitudinem. Septem quoq;
Spicæ perinde habent eandem imaginem.
Nam quod ſecundò apparuit, ſignum puta
Fuiſſe certitudinis. Nunc ergo Rex
Quærat uirum integrum, fidelem, induſtrium,
Qui colligat frumenta in horrea regia,
His proximis annis abundantiſſimis,
Vt habeat unde paſcat annis alteris,
Qui hos ſubſequentur inopiæ improuidum
Sibi creditum populum, ne inedia pereat aut
Tabeſcat, & ſceptro indecens ſit regio, &
His omnibus regni uiris primarijs.
Par. Iam cerno quòd diuinus in te ſpiritus,
Iam cerno quòd Deus tuus uerus Deus,
Solusq; præſtat numinibus AEgyptijs,
Qui abdita ſuæ ſapientiæ tibi indicat.
Iam non te Ioſeph infimæ ſortis hominem,
Sed ueluti principem uirum tractabimus.
Verum hoc monet cauſa ipſa iam præuortier,
Quid agendum in hoc ſit arduo negocio, &
Quis rite ſit obiturus hanc prouinciam.

Tu uade Thaltibi, ocyusq́; accerſito
Ergaſtulorum militumq́; principem,
Vt ad roganda ſpondeat. Thal. Rex pareo.
Io. Tuam fidem obſecro Parho clementiſsime,
Anima uiri pro qua rogaui ſalua ſit.
Par. Suam ſalutem tibi quidem acceptam feret,
Vt gratiam cognoſcat eſſe gratiam.
Sequere intrò me ad res ſerias. Tu arceſſe eum.
Ex omnibus caue reſciſcat quippiam.
Thal. Faceſſo rex. Niſi foret hic clementior
Hero, quàm erat herus innocenti ſeruulo,
Actum eſſet hercle de ſalute principis.
Sed eccum eum pro quo citandò mittimur.

ACTVS V. SCAENA IX.

Potiphar. Deſmophylax. Thaltibius.

SCis tu liberte, ut charum adulescentulum
Vſq; habuerim, facinusq́; ob indigniſsimum
Inuitus illum ergaſtulis adegerim,
Spero hinc mihi nullum imminere periculum.
Deſ. Scio mi Patrone (nec profecto me decet
Terrere te fruſtra) ſcio (inquam) animum tuum
Nunquam fuiſſe aduerſum ei, ſed & integrum,
Et facilem, & æquum, at ſcirpus iſte nodum habet.
Pot. Quis ille? Deſ. Quòd putaris hunc in coniuge
Tua infidelem & impudicum, quem in alijs

Expert

Expertus es fidiſsimum. Sed mulieri,
Quam deprehenderas ſubinde lubricam,
Plus credulus, temere pudicum afflixeris.
Pot. Fateor quòd imprudenter iſtuc fecerim. At
Si innoxius, quiá increpatus tacuit, &
Silentio culpabilem ſe prodidit?
Deſ. Probitatem in hoc ſeruus fidelis comprobat.
Qui maluit pœnam ſibi irrogarier,
Quàm heræ ſuæ factum impudicum prodere.
Pot. Certon' mihi iſtuc aſtruis? Deſ. Plus millies
Cum lachrymis mihi fideli queſtus eſt.
Pot. O Iuppiter ut hoc mihi dolet, quòd optimo
Homini irrogaui peſsima. & caput meum
Diſcrimini expoſui, hanc per imprudentiam.
Quid conſilij mihi reliquum? Deſ. Plane nihil.
Niſi ſola deprecatio, nam languida
Defenſio eſt. illa impetrabis quidlibet.
Pot. Faxint Dij. Atat atat quid hic Thaltibius? Deſ.
Quò accerſiat te, à rege miſſum ſuſpicor. (Hem
Pot. Formido. Thal. Rex te Potiphar ſuis iubet
Aſsiſtere tribunalibus, quò examini
Mox illius reſpondeas. Pot. Quod rex mihi
Mandauit exequar. Th. Exequendum at ocyus.
Pot. Sine remora. tantum loquendum eſt coniugi.
Thal. Videſis. Deſ. Me adeſſe principi ne dixeris.
Thal. Nō dixero. accelerato opus eſt. Pot. Curabitur.

Deſ.

Deſ. Res noſtri Hebræi in quo ſtatu ſunt obſecro?
Thal. Pulcherrimo: nam interpretatis ſomnijs
Regni omnibus negocijs (ut auguror)
Aut modo quidem præfectus eſt, aut illico
Cum honore præficiendus eſt. Deſ. Digniſsimum.
Pot. Nihil eſt magis quòd gaudeam, quàm ſeruulũ
Meum ad ſupremam dignitatem prouehi.
Thal. Credo. Vale. Pot. Præcò uale. iam ſubſequor.
Supreme Iuppiter quis hunc mihi uirum
Reddet propicium, quem tot inſontem malis
Affeci in atro carcere. Pereat improba
Mulier, quæ in has me egit ſua libidine,
Fallacia, impudentiaq́; anguſtias.
Deſ. Mitiſsimam nouiſti Ioſeph indolem.
Fac Potiphar quod ſuaſeram, fors nullius
Meminerit omnium, quæ in ipſum admiſſa ſunt.
Pot. At temporis me anguſtia urget, nec licet
Virum anteuortere. Deſ. Crepit oſtium, uxor eſt.
Vale. ſatage, moræ ineſt periculum. Pot. Hei mihi.

ACTVS V. SCAENA X.

Aegla. Potiphar. Eupolemus.

Qvid audio te mi uir integerrime,
Quid audio te uoce querula iraſcier?
Caſus ſiniſtros & pericula uoluere?
Animoq́; concitatiore occurrere?

Pot.

Pot. Quid audio te ſcropha corruptiſsima
Verbis tuis procacibus domus meæ
Seruos pudicos in ſtuprum pellicere? te
Proſtituere? et me perdere? Aeg. Egóne te obſecro?
Pot. Tu me. Aeg. Quid adeò indigna, fœda, perfida
De me innocente ſuſpicaris fœmina?
Quid ſceleris admiſi? Pot. Rogas quid feceris
Immunda colluuies? Hebræus ſeruulus
Tuam ob libidinem innocens afflictus eſt.
Aeg. Meus ille ſtuprator? meam ob libidinem?
Quàm indigna patior innocens miſerrima.
Pot. Iam exemptus ille carceris ſqualloribus,
Præficitur ultrò Aegiptijs negocijs.
De capite noſtro mox feret ſententiam.
De te tamen primum exigenda eſt ultio.
Exporrige iugulum. Aeg. Tuam fidem obſecro,
Miſereſcito. Pot. Tun' innocens? Aeg. Non innocẽs.
Ego mulierum omnium impudiciſsima: quia
Male impudica cupiui Ioſeph in ſtuprum, &
Peius recuſantem ſtudebam perdere.
Pot. Exporrige igitur impudica iugulum. Eu. Hui,
Ne per furorem in coniugem pecces here.
Miteſce. Pot. Non miteſco. ſine. Eu. Non ſiuero.
Occide me potius tuam quàm coniugem.
Pot. Egóne dabo caput amputandam ob hanc? ſine.
Eup. Non per ſalutem Pol tuam iſtuc ſiuero.

Aeg.

Aeg. Te per tuam fidem amica barba deprecor,
Mihi parce. Pot. Tibi parcam? egóne ceruicē meam
Tradam ſecūri & interibo, tu quoq;
Impunè luxuriabere ac ſeruabere?
Porrige priuſquàm membra dilaniem omnia.
Aeg. Ego feci, & ego mi uir feram. tantiſper hunc
Enſem remitte, dum tua meaq́; pro
Salute Ioſeph atq; regem deprecer.
Niſi impetraro, hanc ultrò ceruicem aut tibi
Aut ſpeculatori ſecandam porrigam.
Eup. AEquiſſimum orat here, miſereſce quæſumus.
Te moueat ætas, ſexus, atq; id temporis
Amor impotens. Pot. Inducitis me propemodum.
Eup. O utinam & in totum. Dij ſpero dabunt
Meliora quàm præſumimus, deferbeat
Quæſo ira paululum. in loculum ſuum
Enſem repone. ſurgat uxor, & abeat.
Pot. Surgat meretrix. intro eamus hoc ſuper
Negocio deliberaturi, foris
Sed tu morare Eupoleme, mox reuertero.
Eup. Res poſtulat, citius redi. Puto nil mali
Vxori in ædibus inferet. Dij boni
Quæ pompa procedentum ab aula regia,
Tum principum tum ſatraparum inſignium.
Rex ſuſpicor tribunal occupauerit.
Aut noſtrum Ioſeph digno honore affecerit.

Hem,

Hem, ſat moræ, intro, ut hæc heris prænunciem.

ACTVS V. SCAENA XI.

Tetrametri.

Parho. Thaltibius. Aconſilijs.

CVr Potiphar noſtro quē adeſſe iuſſeram cō-
ſpectui, haud
Comparuit? Th. Mādata regis executus ſum, ſed is
Ob coniugē dixit morādū paululū. Pa. Morabitur
In maximum ſuum malum. Veniat Ioſeph, ut ſua
Prudentia innocentiaq; digna capiat præmia.
Thalt. Adduxero. Par. Scitis uiri grauiſsimi, quæ
AEgyptijs
Quantáq; pericla, & quàm ardua imminēt mihi
negocia,
Neq; ſolus hāc prouinciā poſsim ſubire, ut exequar,
Quæ ſpiritu prophetico facienda noſtro ex ſomnio
Vates Hebræus ſuggerit, Quapropter hunc po-
tiſsimum
Nos diligendum duximus, uel quemlibet alium, cui
Res tanta commendarier tuto queat, qui fructuum
Quintam per ubertatis annos partem in horrea
conuehat.
Vereor tamen, ſi præter hunc alium uirum ex no-
ſtratibus
Exquiſierimus, neutiq̄ inuenerimus. His ſup exigo
Veſtrum

Veſtrum omnium decreta. Acon. Rex in ſempiter-
num uiue. Non
Queamus inuenire tam inſignē uirū, cui tantū opus
Commiſeris. Tanta eſt enim fama, fide, innocentia,
Prudentia, ſapientia, ut nullum ſecundum habeat.
Virum
Nos hunc magiſtrum, nos ducem, nos iudicemq́;
poſcimus.
Nos quoq; beatos arbitramur, hūc adepti principē.
Quapropter ò rex optime tua celſitudo fecerit,
Tantum uirum ſi publicis negocijs præfecerit.
Id nos tui tum conſules tum ſatrapæ decernimus.
Sed præco adeſt, exaudiamus quid Parhoni nūciet.

ACTVS V. SCAENA XII.

Tetrametri.

Thaltibius. Parho. Ioſeph. Aconſilijs.

ADeſt Ioſeph. Par. Præſto ſiet. Io. In ſempiter-
num uiue rex
Parho. Adſum Ioſeph ad uoluntatem tuā promp-
tiſsimus.
Par. Tantū mihi meoq́; regno præſtitiſti commodi
Diuine Ioſeph, per tuam prudentiam ac ſapientiā,
Vt noſtro honore non queamus tibi uices, ut dig-
num erat,
Rependere, nihilominus (uti poſſumus) tuis quidē
Honori-

Honoribus,ſed maximè noſtris ſtudentes commodis
(Cùm nemo ſit qui dignius fungatur iſtoc munere)
Sup omnia AEgypti negocia te hoc die cōſtituimus,
Et ut amodo illa pro tua prudentia ac ſapientia
Dignè adminiſtres præcipimus: Io. *O rex magnifi-ce, quin*
Alium iubes hoc arduum munus ſubire publicum,
Qui authoritate,dignitate,genere, & opibus emi-net,
Meq́; eius aſſeclam? Certe agere principem & po-tioribus
His præſidere ſtatū meū infimamq́; ſortem dedecet.
Et ſeruituti priſtinæ torquem inuidebunt liberi.
Par. *Ego ſum Parho. Nullus tibi aduerſabitur :nec quiſpiam*
Nolente te manum aut pedem ſuum improbus uel contumax
Leuabit: at ſecundus in regno meo uenerabèris.
Duntaxat una abs te cathedra & hac corona diui-dar.
Acons. *Diuine Ioſeph nil tibi à nobis time, aut abs quolibet*
Mortaliū, nam te & tuā ſapientiā ueneramur, &
Exoſculamur. Intrepidus amplectere hāc prouinciā
Io. *Pro regis & populi ſalute non modo omnem induſtriam,*


Q. *Omnemq́;*

Omnemq́; ſollicitudinem, uerumetiā & hanc uitā
meam
Impendere ex animo paratus ſum. Ergo ſi hoc me
munere
Fungi iubes rex maxime, præſto eſt Ioſeph, utere
Tuopte me pro arbitrio. Dei mei per gratiam
Videbor ad onus publicum, quā ad noſtrum honorē
attentior.
Par. Gaudeo. Acon Tibi fauemus, & congratula-
mur ſinguli
Diuine Ioſeph. Addecetq́; rex, ut hunc præconio
Iubeas celebri prædicari, ut populo ab omni debitis
Vinceretur uſq; honoribus, ſciātq́; cūcti Aegyptijs
Hunc conſtitutū principem. Par. Mandabimus. ue-
rum omnium
Primū ſtola adferatur byßina, atq; torques aurea,
Currūq; noſtrū Thaltibi ſecundū honeſtè prępara,
Quo primū in hac, deinde in alijs euehatur urbibus.
Thal. Faceſſo rex, cum torque ueſtem mox feram,
dein eſſedum.
P. Ades mi Ioſeph. hoc manus meę ānulo donaris, ut
Quodcūq; eoſignaueris ratū ſtet. Acon. Ratū quoq;
Tenebimus. Tha. Hic ueſtis eſt. hic torquis eſt. Par.
Ita iuſſeram.
Exutus illa, hac induatur denuò. Aco. Rex maxime
Nil hoc honore honeſtius, nil digniꝰ. P. Factū bene.
Iam

Iam torquis aurea pectus & collum ambiat. Acō:
Nil hcc quoq;
Decentius. Iam uoce rex Præconis hoc mandarit, ut
Omnes Ioſeph maximum decorēt honore maximo.
Pa. Iuxta meā ſentētiā iſtuc ſuggeris. Mox Thaltibi
Eductum Ioſeph publico præconio per plateas
Noſtro iubebis nomine Σοτῆρα κόσμου dicier,
Venerarier, genuq́; flexo ab omnibus adorarier.
Io. Tanto pro honore gratiā nunq̃ referre ualuero
Tibi rex Parho. aſt operam dabo, ne ingratus unq̃
reperiar.
Th. Quod regi & omnibus placet principibus ala-
cer exequar.
En tandem adeſt cum uxore princeps Po' phar. Pa.
Cum iſtoc mihi &
Cū uxore diſceptādū erit. tu exequere uos cōcedite
Pro dignitate principes. Acon. Decet id quidem.
concedimus.

ACTVS V. SCAENA XIII. Tetrametri.

Thaltibius. Potiphar. Parho. AEgla.



Σοτῆρα κόσμου regis edicto hunc iubeo uocarier,

Omnemq; ſollicitudinem, uerumetiã & hanc uitã meam
Impendere ex animo paratus ſum. Ergo ſi hoc me munere
Fungi iubes rex maxime, præſto eſt Ioſeph, utere
Tuopte me pro arbitrio. Dei mei per gratiam
Videbor ad onus publicum, quã ad noſtrum honorẽ attentior.
Par. Gaudeo. Acon. Tibi fauemus, & congratulamur ſinguli
Diuine Ioſeph. Addecetq; rex, ut hunc præconio
Iubeas celebri prædicari, ut populo ab omni debitis
Vinceretur uſq; honoribus, ſciãtq; cũcti Aegyptijs
Hunc conſtitutũ principem. Par. Mandabimus. uerum omnium
Primũ ſtola adferatur byßina, atq; torques aurea,
Currũq; noſtrũ Thal tibi ſecundũ honeſtè præpara,
Quo primũ in hac, deinde in alijs euehatur urbibus.
Thal. Faceſſo rex, cum torque ueſtem mox feram, dein eſſedum.
P. Ades mi Ioſeph. hoc manus meæ ãnulo donaris, ut
Quodcũq; eo ſignaueris ratũ ſtet. Acon. Ratũ quoq;
Tenebimus. Tha. Hic ueſtis eſt. hic torquis eſt. Par. Ita iuſſeram.
Exutus illa, hac induatur denuò. Aco. Rex maxime
Nil hoc honore honeſtius, nil dignius. P. Factũ bene.

Iam

Aeg. Indigna ſum tuo quidẽ conſpectui generoſe rex
Princepsq; clementiſsime ob meam libidinem, dolũ,
Et peruicaciam, quibus caſtiſsimum adoleſcentulũ
Pellicere niſa ſum in ſtuprũ, & uirum meum integerrimum
Technis meis mendacibus eouſque perduxi, ut piũ
Fidumq; (dũ ſtuprũ negaſſet) perderet in ergaſtulo.
Nihilominus fidens tuæ mi domine rex clementiæ,
Obſecro per has te lachrymas, ut hanc mihi & uiro meo
Noxam remittas maximam. quam in innocentem admiſimus
Quòd ſi minus merebor hanc pro me impetrare gratiam,
Propter facinoris turpitudinẽ, oro rex æquiſsime, et
Te obteſtor omnia per poli terræq; magna numina,
Ne in hunc meum inſontem maritum diriora exerceas,
Sed prorſus in me ſæuiat ſontem tua indignatio.
Quo rex thronus tuus ſit immaculatus orbi iugiter,
Qui neminẽ innocentiũ, at tantũ nocentes plexeris.
Thal. Σωτῆρα κόσμου reg. &c. Genuq; flexo, &c. ut ſupra.
Par. Et ſi quidem tuam per impudentiam, libidinẽ,
Ac uirulentiam magis peccaueris muliercula,
Tamẽ maritus neutiquã ſine crimine eſt, qui tibi magis

Quæ mulier es fidei malæ, quã fido Ioſeph credidit:
Tu Potiphar cui credidi tum militarem exercitum,
Tum carceris cuſtodiam, tum ſacra & arcana Iſidis,
Tu gloriæ maculam imprimis noſtræ per impru-
dentiam
Et temeritatem. Tu facis diadema noſtrũ gentibus
Inglorium. Hæccine reddis bene de te merẽti Po-
tiphar?
Et iam quidem factis tuis dignum reciperes præ-
mium,
Verũ illius qui oppreſſus eſt, te examini ſeruauero.
Thal. Σωτῆρα κόσμου *reg. &c. Genuq́; flexo, &c.*
ut ſupra.
Po. Quid rex Parho. qd potero reſpondere adhæc,
qui noxius
Et morte dignus ſum? Tua ſolius ex clementia,
Magniq́; Ioſeph miſericordia (mihi ſiqua eſt ſalus
Aut coniugi ſperanda adhuc) ſeruabimur. iuſti nihil
Prætendimus. tantummodo imploramus miſeri-
cordiam.
Pa. Adeſt Ioſeph maximꝰ ψονθομφανὴχ*, qui ſi uolet*
Vobis ſuæ ſalutis hoſtibus ſalutem conferat,
Tradam ipſius modo utrunq́; ueſtrum examini. ſe-
cedite.
Thal. Σωτῆρα κόσμου *reg. &c. Genuq́; flexo, &c.*
ut ſupra.

Pot.

Pot. O ſancta numina hunc uirum nobis propicium reddite.

Aeg. Mi uir dabũt nobis Dij ingenitã uiro clemẽtiã.

ACTVS V. SCAENA XIIII.

Tetrametri.

Ioſeph. Parho. Aegla. Potiphar. Thaltibius.

VIuat Parho rex maximus. Par. Salue mi Ioſeph. Hos tuæ
Salutis hoſtes, gloriæq; noſtræ, quos uolebam ego
Vt digni erant punire crucibus, ſed quòd in te maxime
Peccauerint, examini tuo relinquo accerrimo, ut
Per te necentur enſe, laqueo, aut igne, iuxta arbitrium.
Pot. Miſereſce clementiſsime, miſereſce Ioſeph perditis.
Non niſi neci profecto ſumus obnoxij atrociſsime. at
Remitte nobis miſericors ſcelus, quod in te admiſimus,
Quo tibi perennẽ gloriã paraueris. nos quoq; tibi
Perenniter deuinxeris. Io. O rex tremende denuo
Pro his te duobus obſecro. Memento quæſo quòd mihi
Mitiſsimè uitam meam cum his unicis donaueris.
Par. Horũ tibi ſi tanta cura ſit mi Ioſeph, ſerua eos,

Suamq; uitam iugiter ſoli tibi acceptam ferant.
Aeg. Recipe me Ioſeph iam pudicam, quam impudi-
cam paſſus es.
Recipe uirum plus credulum uerbis meis, quàm
oportuit,
Sēper tamen tibi fauentē ex animo, & imo pectore,
Recipito utrunq; in gratiam, quòd abſq; gratia tua
Data uita mors amara ſit. Io. Mihi ueſtra cōploratio
Lachrymas quoq; excutit. reſurgite, haud ſecus cor
di meo
Poſthac futuri, quàm fuiſtis antea, confidite.
Recipio utrunq; per oſculum ſanctum in priorem
gratiam. (ſtino:
Par. Et ego Parho reſtituo te Potiphar honori pri-
Confide. cuncta quæ accidere abolebit hinc obliuio.
Sed eſt quod hac hora mihi promittier deſidero.
Pot. Ago gratias tibi Parho, magnoq; Ioſeph ma-
ximas.
At q̃d ſiet quod Potiphar regi aut Ioſeph deneget?
Par. Quam poſtulabit primitus, dabitis Ioſeph filiā
Veſtram pudicam coniugem. Pot. Si copularier meo
Princeps uolet generi infimo, abſit ut negemus quip-
piam.
Pa. Tu poſce Ioſeph. I. Poſco Potiphar mihi des filiā
Tuam Aſenathen cōiugem. Po. Deſpondeo. Pa. Ad-
ducatur huc

Heus

Heus Thaltibi, adduc Potiphari gnatam Aſenath.
Th. Vocauero.
Aeg. In luctu & in tremore ſe non compſerit. Ioſ.
Solabitur,
Cum tibi ſecũda uiderit. Nec ueſtium cultu Aſenath
Nubet mihi, ſed fide & honeſtis moribus. noui indolem
Gnatæ, quam ab incunabulis deũ timere ipſe docui.
Sed eccam eam. ——

ACTVS V. SCAENA XV.

Trimetri.

Aſenath. Thaltibius. Potiphar. Aegla.
Parho. Ioſeph.

VT dixeras præco parentes priſtinam
Tandem impetrarũt gratiam? Tha. Pol priſtinam.
Aſe. Ago gratias cœli Deo ter maximo. At
Quid me prodire uolũt puellam in publicum?
Thal. Nihil hinc mali. Rex te uocari iuſsit, ut
Parentibus congaudeas. Aſe. Pudor uetat
Accedere. Thal. Nimium pudorem pellito.
Aſe. Solatur hoc. lætus pater ſit obuius,
Princeps Ioſeph ſequitur, & Rex maximus.
Pot. Te gnata Ioſeph principum princeps petit
Iubente rege habere honeſtam coniugem.

Deli-

Delibera quid hoc ſuper negocio reſpondeas,
Decet haud patrem inuitam elocare filiam.
Reſponde uerbum principi coram. Par. bene,
Proceribus, & parentibus, qui id expetunt.
Aſe. Quod regi, & omnibus proceribus, quod pa-
tri &
Matri placet, mihi placere æquiſsimum eſt.
Io. Spondes mihi te fore fidelem coniugem?
Aſe. Spondeo. Io. Meiq; pudicè amatē? Aſe. Spōdeo.
Io. Et liberos rectè educantem? Aſe. Spondeo.
Io. Et ego tibi iuxta omnia hæc reſpondeo.
Ita me iuuet cœli Deus ter maximus.
Aſe. Meq; ita iuuet cœli Deus ter maximus.
Io. Cape mutuæ fidei atq; amoris ſymbola.
Aeg. Piiſsimum & longe omnium mortalium
Caſtiſsimum nacta es maritum filia,
Cuius pudet me & pœnitet probam indolem
Tentaſſe fœdis operibus. Par. Quid nunc? ſile.
Haud lachrymis commune gaudium decet
Confundere. Omnia tollet hæc obliuio.
Congratulare nuptiis. Aeg. Congratulor,
Et gaudio mage quàm dolore lachrymo.
Par. Bene eſt. eamus intrò. Paria nuptiis
Sint gaudia & conuiuia. Ioſ. Præcede rex.
Par. Sequere tua cum ſponſa Ioſeph. ſequere me.
Io. Rex te ſequor. ſequere ſocer ſocruſq; nos.

Poſt

Pot. Te ſequimur omnes alacriter. Thal. Quæ reliqua ſunt
Spectator, haud foris puta exhibenda, nam in
Penetralibus thalamisq́; cũcta regiæ
Celebranda ſunt. quæ noſtra erant exhibuimus:

GREX PER EPILOGVM. ad ſpectatores. Trimetri.


Qui caſtitatem amatis ac ueneramini,
Suſpicite Ioſeph Caſtitatis uindicem,
Qui lubricus es, uel impudicis moribus,
Motus rebelles Caſtitate ſupprime.
Quod præmium ſit impudicitiæ uides,
Pudor, dolor, periclum, & exitium ultimum,
At paululum etſi differantur interim,
Sunt multo honeſtiora Caſtitatis præmia,
Honor, decus, laus, & perennis gloria:
Vos itaq; qui caſtis fauetis moribus,
Quia caſtitatem comicω̃s probauimus,
Si candidi eſtis, & placuimus, plaudite.

Finis Ioſephi.


Tenor, poſt primum actum.



Turbidi plaſtes Deꝰ unꝰ orbis Cõdidit lucē tenebris



fugatis, Has uolēs noctē uocitari, et illā Eſſe diurnā



Propter humani generis ſalutem Cuncta creauit.

VLTRAIECTI.
Harmannus Borculous excudebat, anno.
1 5 5 3.

ADAMVS MACROPEDII FABVLA CHRISTIANAE PIETATIS

plæna. In qua κωμικῶσ *oſtenditur, quo pacto lapſus homo poſt multas multorum ſæculorum calamitates & miſerias per Chriſtum ab initio promiſſum, tandemq́; mundo exhibitum, ſaluti reſtituitur.*



VLTRAIECTI.

Excudebat, Harmannus Borculous, Cum Gratia & Priuilegio ad quadriennium, anno

1 5 5 2.

R

27

PErmiſſum atq; conceſſum eſt Harmanno Borculoo typographo ex Cæſareæ Maieſtatis priuilegio. Comœdiam hanc Adamum Georgij Macropedij ſuis typis excudere, atq; nemo auſit aut curet alibi excudere ad quadriennium ſub pœna in monimentis expreſſa atq; ubilibet terrarum diſtrahere, quemadmodum hæc latius clariusq; declarentur in literis eidem ab eadem Maieſtate cõceßis. Datum Bruxellæ Anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſecundo, Die octaua Aprilis. De la Torre.

S ORNATISSIMO VIRO M. LAMBERTO CANTHERO

Legum Doctori, & Ceſareæ maieſtatis in urbe Traiectina Conſiliario digniſsimo Georgius Macropedius Sal. dic. pluri.

TAnta me uir ornatiſsime beneuolentia proſequeris, tantaq; pueros meos pauperes pietate complecteris, ut non modo (ſi qua ſint) mea, ſed & me ipſum prorſus tibi debeam. Cum igitur uideam tibi noſtra plus æquo (pro meo quidē iuditio) placere & plus quàm mereantur ultro probari, non potui quin Adamum meam ab initio tibi deſtinatam nomini tuo dicarem ſeu nuncuparē, & in hoc uno quod poſſum, animi mei gratitudinem tibi oſtenderem. Videbis autem in Actu præcipue quinto nonnulla languidius quàm uelim cohærētea, ut ſcopas (quod aiunt) diſſolutas non immerito fortaſsis iudices, id quod eam ob cauſam accidit, quod in diuerſis locis quædā ſeueritati & diuinæ ſcripturæ rigori nō ſatis cōformia, hortatu amicorum ſubducta ſint, qui rem ſeriam fabuloſius tractandam diſſuaſerunt, Cuiuſmodi erant nonnulla, quæ de Simone, Zacharia, Ioſepho & ipſa

ipſa diua uirgine ut fieri poterant, citra ſcriptu- ræ authoritatem facta fingebantur. Accipe tamen hoc quale quale ſit exiguum mi domine abs tuo Macropedio comicũ munuſculum, accipe (inquã) Adamum hanc noſtram, & cum perlegeris, ſi & aliorum lectione dignam iudicaueris, è maleuo- lorum dentibus uindicatam cuiuis typographo- rum excudendã trade, ſi indignam, liberrime ſup- prime, Tuo iudicio ſtet aut cadat, ſeruetur aut pe- reat. Non uſq; adeo ſiquidem φιλεγκώμιοσ ſum, aut (ſi dici liceat) φιλόφημοσ, ut calcibus merito proculcanda mordicus nitar defendere, aut paſſim omnibus impudenter obtrudere. Vale uir undecunq; doctiſſime. Traiecti anno à Chriſto nato ſeſquimilleſimo, quinquageſimo primo. Die Octobris. 14.

(.'.)

Argumentum in Adamum.

Paradiſi Adam pulſus beata patria,
In hanc miſer mortalitatem truſus eſt.
In qua ante legem primiter multiplicibus
Erroribus ſeductus, & plagis crebris
Attritus eſt. Sub lege deinde Moſeos
(Quanquàm figuris myſticis, ſubindeq́;
Prophetico fretus fuit ſolatio)
Tantis tamen poſt murmur & legis Dei
Tranſgreſsionem afflictus eſt laboribus,
Doloribusq́; & cladibus, paſsim ſuis
In liberis, ut deſtitutus undiq́;
Conſilio, ope, & ſolatio, iam propemodum
Animum ſuum deſponderit, donec Deus
Gnatum ſuum poſt multa miſit ſæcula.
Qui homini ſalutem perdito tandem attulit,
Solatioq́; deſtituto gaudium.

Prologus.

Vos plurimum ſaluere cupio quotquot huic
Theatro alacres aduolaſſe conſpicor.
Oratq; uos grex noſter omnis comicus,
Et author huius exhibendæ fabulæ,
Vt ſtetis arrectis (quod aiunt) auribus.
Et mentibus, ſub fabula ſine fabulis.
Dein ipſe uos magnopere & oro & obſecro,
Quo exaudiatis non grauatim paucula,
Quæ in omnium ueſtrum ſalutem proloquar.
Qui nunc ſuam nobis Adamum candide
Vobis agendam & exhibendam tradidit.
Macropedius, leues (ut aliquot autumant
κριτικοὶ) & facetas fecit olim fabulas,
Quibus uolunt aureis pias offendier,
Quapropter ex ſacris libris grauiuſculas
Aliquot alias, & hanc ſuam nouiſſimam.
Veteres nouoſq; peruagatus codices
Excogitauit, ut ab initio hominum genus
Vſq; ad Dei patris atq; matris uirginis
Vnigenitum, uſq; ad Chriſtum Ieſum patribus.
Promiſſum, & expectatum adæque gentibus
Salutis authorem, exhiberet κωμικῶς,
Non fabulamq; ut fabulam, & non ludicram ut
Rem ludicram tractaret in proſcenio.
Vt omittat hoc, poeta quod ſcite ethnicus

Deos

Deos canit mortalibus colludere,
Vnum rogat uos Chriſtianus author hic,
Mortalium genus quid aliud à ſuis
Primordijs generationes per ſuas
Ad Chriſton uſq; & tempora hæc nouißima,
Quàm comicum præ ſe tulit negocium?
An non Deus rectum creauerat hominem
Ab initio? An non omnibus quæ condidit
Præfecerat? Sed honore tanto & gloria
Abuſus in ſuperbiam, aßimulatus eſt
Pecudibus inſipientibus, & in hanc miſer
Miſeriam, amarorem, & dolorem truſus eſt.
Parũ eſt, in hãc mortẽ animæ acerbã & corporis
Præuaricator legum in æuum adactus eſt.
Adhuc parum eſt, nos nos ſuos heu filios
Secum pari inuoluit malo per traducem.
Quid dixero? An non poſt Protheſeos maximam
Tranquillitatem, in Epitaſi turbatio
Mox gliſcit, & procedit inde maxima,
Quàm poſtmodum in Cataſtrophe ſolus Dei
Gnatus ſuo aduentu ſalutari abſtulit,
Quo comicæ lætus rei ſit exitus?
Quid quæſo enim ſit lætius mortalibus,
Quàm morti & igni deſtinatos tartari
Perennibus, nos morte filij Dei,
Precioſo & innocentis agni ſanguine

Tandem redemptos, morte & omnibus malis
Semel eſſe iam & ſemper futuros liberos,
Charos Dei uocari & eſſe filios:
Hæc proloqui me uoluit author comicus,
Ne omnino temere quiſpiam ſe iudicet
Suam edidiſſe Adamum ad inſtar fabulæ.
Prӕterea ob hæc quoq; admonendum cenſuit,
Nequis putet, per ſingulos Actus uidens
Eundem Adamum progredi in proſcenium,
Hunc protoplaſtum hominèmue primum proprie
Signarier ſed per Adami & Hæuæ nomina
Hominem uel humanum genus totum, quod à
Primo homine propagatur uſq; ad ultimum
Intelligat, in Adamo quod primario
Viciatum erat, quia in hoc ad unum omnes ſimul
Peccauimus. q̄d non aliud hæc uox Adam
Quàm hominem ex ſoli limo creatum expreſſerit.
Tandem monet (q̄d res agatur ſeria)
Nequis moretur in hiſce ludis comicis
Laſciuiam, tragicoſue faſtus, ut ſolent
Leues uiri, ſtultiq; pueri, & fæminæ,
Sed maxime maturitatem in moribus,
Et chriſtianam in omnibus modeſtiam.
Valete quotquot aduolaſtis, & precor
Vt qui probi eſtis arguatis improbos.
Per quod profecto plurimum negocio

Noſtro

Noſtro atq; ueſtro utrinq; commodabitis.
Niſi enim improborum ſtrepitum & inſolentiam
Prudentium coerceat maturitas,
Vobis nihil nos exhibebimus probe,
Et uos nihil probe haurietis auribus.
Valete denuo, & ſua cum coniuge
Pulſum uidete Adamum amæna patria,
Immo potius uidete noſtrum quemlibet,
Per hunc ſceleribus atq; morti obnoxium,
Mundano in hoc ergaſtulo atq; exilio in hoc,
Heu tum labore tum dolore confici.

Perſonæ dramatis ſeu diuerbij Actus primi

Adamus Hæua.	prothoplaſti.	Elohim Deus.
Cain Abel.	fratres.	Genius Adami

ACTVS primi. SCENA prima.

Verſus Iambici trimetri ſunt in
primo Actu omnes.

Hæua ſola.

O Increata in unitate Trinitas,
Et Omnium inuiſibilium & uiſibilium
AEterne conditor Deus, quot undiq;
Premunt me amaritudines, anguſtiæ,
Et miſeriæ, nullus malorum finis eſt.
Dolor unus alium parturit, quo ſit prior

Doloris initium noui, una calamitas:
Ad proximam eſt aliam gradus. Fames, ſitis,
Aeſtus, gelu, morbi mali, curæ graues,
Seſe indies reciprocant, nullus datur
Securitati uel quieti uſquam locus.
Quódq; inſuper plus omnibus me conficit,
Et auget ærumnas meas, heu liberi
In ſcelere quos concepi, & atrociſsimis
Enixa ſum doloribus, cura quoq;
Peruigili in hunc diem educaui, neq; patrem
Neq; me audiunt, ſed pro ſua libidine
In alterum alter ſe erigit, ſeuit, furit.
Cain Abelis proſperis ſucceſsibus
Malus inuidet, bonóq; clam intentat malum.
Heu quot modis quantiſq; calamitatibus
Nos atq; noſtrum traducem illecebra unica
Vetiti cibi ſimul obruit. Sed eccum eum
Qui cum mei ſocius fuiſſet criminis,
Conſors miſeriæ factus eſt. Is liberis
Qui ceſſerit ſacrificium mihi referet.

ACTVS primi. SCENA ſecunda.

Verſus ut ſuperiores.

Hæua. Adam.

O Protoplaſte plaſte imago maximi,
Et nuncupator omnium, qui poſt Deum
Es unicum uitæ meæ ſolatium.

Vir ſaluus es. Ad. Salue uirago imaginis
Noſtræ ſimillima, os meis ex oſsibus
Caroq́; meis ex carnibus. Qui ſalueam
Longe à ſalute diſsitus, doloribus
Oppreſſus & laboribus? He. Commune id eſt
Vtriq; noſtrum, ſimilibus qui cladibus
Atterimur. Atqui eo amplius uerbum tibi
Veræ ſalutis imprecandum cenſui.
Ad. Quàm poſt preces tot, totq́; lachrimas miſer
Tandem adfuturam hucuſq; fruſtra credidi,
Nunquam futuram ſuſpicor, qđ uſq; res
Noſtræ labent, & ſenſim in exitium ruant.
Quantumlibet duris meis laboribus
Ligone, aratro, ſarculo, raſtróue agrum
Exerceam, (maledicto ut eſt obnoxia)
Spinas mihi tribulosq́; terra germinat.
Caroq́; morti deſtinata præuijs
Nece grauioribus malis atteritur, &
Nihilominus mentem reluctando opprimit,
Omnemq́; contra eius reniſum pertinax
Minus pudicis motibus, minus probis
Affectibus, ſuas ad illecebras trahit.
He. Hæc omnia à tranſgreſsione didicimus,
Vbi innocentiæ ſtola nudi, illico
Menti rebellem noſtræ eandem ſenſimus,
Ficusq́; folijs heu pudenda teximus.

Quid

Quid denuo hæc recenſeamus? ſat ſient
Eis tot annorum utriuſq; lachrimæ.
Nunc obſecro qui liberorum res ſe habent
Recenſeas. Ad. Dum ſiſtere lachrimas putas
Magis elicis. He. Quid audiam? Ad. Rem lugubrem. He. Heu.
Ad. Scis tu Cain quam Abelis actibus inuidet?
He. Scio, qđ Deo nobiſq; ſit chariſsimus.
Ad. Is cum ſacrum Deo obtuliſſet optimis
Ex gregibus ouium, & ille terre ex frugibus,
Deus indicauit iuſti Abelis munera
Accepta ſibi, ſed non Cainos liuidi.
Reſpexit illius, ſed huius neutiquàm.
Quapropter ira percitus graui Cain,
Fratri minatur proh dolor necem ultimam:
Nec (ut eſt atrocis animi) ab hac ueſania
Ceſſauerit, donec ſcœlus patrauerit.
He. Heu quo mihi fæcunditas, ſi liberos
In orbitatem enixa ſum? quid conſilij?
Ad. Nihil, niſi ut Cainos hos animos truces
Domum reuerſi mitigemus (ſi queat
Fieri) logis clementibus. Vereor tamen
Conatus hic fruſtraneus futurus ſit,
Quod nemo eum corrigere poſsit, quem Deus
Deſpexerit. He. Tentemus (heu) uir obſecro
Maturrime, ne gliſcat ira in odium, & in

Furiam

yuriam periclo proximam. Ad. Cedamus huc.

ACTVS primi. SCENA tertia.

Cain. Abel. Elohim.

BEne habet, neq; pater hic foris neq; mater eſt.
Neuter ſinit me uiuere ex ſententia.
Ego patiar hunc tandem mihi dominarier,
AEtate iuniorem, & imparem mihi
virtutibus animi atq; robore corporis?
Non patiar. An feram Dijs, parentibus,
Totiq; noſtro germini hunc haberier
In precio, & uſq; me futurum inglorium?
Mactetur inuiſum caput, ceſſetq; me
sacrificio ſuperare uel contemnere.
Vt iuſſeram ueniat in agrum. hodie manus
Nuſquam meas euaſerit. El. Quid ſic furens
Iraſceris fratri tuo? cur concidit
Vultus tuus? Nonne bene ſi egeris, bene
Receperis, ſin male, tibi peccatum erit
In foribus? Ca. Ecquid tandem erit diſcriminis,
Bono & malo, ſi uterq; morti obnoxius?
Non patiar hunc rebus meis dominarier.
El. Subter te erit tuus appetitus, eiq; tu
Dominaberis. Ca. Stat perdere hunc ſententia.
Nullus me ab hac auerterit. Sed eccum eum,
Quem fulmine extinctũ uelim. Ab. Domine Deus
Vnde hic ferox fratris mei in me occurſus eſt?

Arma

Armatus heu claua furens quid aduolat?
Ca. Tuam hactenus toleraui Abel ſuperbiam,
Iniuriam, arrogantiam, nunc omnium
Meritas mihi pœnas dabis. Ab. Serua obſecro
Mi frater hanc animam meam, qđ innocens
Nunquam uel in te, uel tuam in ſubſtantiam
Peccauerim. Si queritur, mors ultro me
Tandem opprimet. ne queſo tu me perduas,
Vitæq; in authorem Deum pecces, mei
Sanguinis atrocem uindicem. Ca. Adhuc mihi
Minare? poſt hæc deſines. Morere minax.
Ab. Deus meus, quem colo cui deſeruio,
Primus tibi libens ſanguinem meum lito, &
Animam meam inſons offero. Ca. Offer deicola,
Offer deicola, offer deicola atq; morere.
Iam ſine minis agricolam agam liberrime.
Sed abire præſtat nequis inſimulet palam
Me cædis huius, ſed Leonem, Pardalin,
Feram uel aliam peßimam. Videor mihi
Longe uidere patrem meum & matrem meam.
Ne deprehendar, abire præſtat tempori.

ACTVS primi. SCENA quarta.

Hæua. Adamus.

MEns mea mihi præſagit infortunium,
Quod tempori neuter domum reuerſus eſt.

Ad.Nihil boni mens tua tibi præſagiat,
Quòd ira, liuor, & furor Caina ſe
A cæde fratris continere non ſinant.
Quid dico non eum ſinant, & non magis
Non ſluerint? Fit namq; certo certius
Cecidiſſe Abelem peſtilentis cæſtibus
Iuſtum igitur eſt tantiſper ipſum querère,
Dùm cædis uſquam pareat ueſtigium.
Hæ.Me miſeram, ut his me territas tecmerijs.
Faxit Deus fæliciora. Ad. Faxit, at
Modo mente ſufferamus æqua oportet hanc
Lachrimabilem infælicitatem. En filius
Hic noſter extinctus iacet. Hæ. Proh dolor, ubi?
Ad.Hic.
Ad dexteram. Hæ. Proh proh Deum ac hominum fidem.
Heu gnate Abel, qui tam fuit frater tuus
Crudelis in te, durus in mea uiſcera, in
Deum impius, ut in innocentem, amabilem, &
Pijßimum ita ſeuiret, inſaniret, ut
Te cæderet, mactaret, atq; extingueret?
Heu membra pulchra & amabilia, quàm lurida,
Tumida, rigida, ueſtro in nigranti ſanguine
Colliſa iam tabeſcitis. Quæ lachrimæ
Meo dolori, hiſq; abluendis artubus
Sufficerint? Profundite eia profundite

Oculi

Oculi mei larga lachrimarum flumina, ut
Meum dolorem paululum, ſat filij
Caſum dolendum lugeam. Mi Adame ades,
Lachrimas tuas ſuffunde in ora filij,
Cuius cruore ſat irrigata eſt hæc humus.
Lachrimas tuas miſceto noſtris lachrimis,
Vt ora ſaltem hæc eluamus tabida.
Ad. Quid Hæua fruſtra his immoramur fletibus
Gemitibus, atq; queſtubus? Peremptus eſt
Noſtrum utriuſq; filius. nec lachrimis
Noſtris reſurget profluis. Quin hoc magis.
Curemus, ut cadauer hoc terra obrutum
In puluerem redigatur, ut Deus arbiter
Decreuit hoc, nam ſpiritus redijt ad eum
Qui condidit. Mortis ſuæ ob noſtrum ſcelus
Fæliciter primus pependit omnium,
Quo nos ad huc miſeri obligamur, debitum.
Nec denuo moriturus huc rediturus eſt,
Nos magis ad illum morte adacti tendimus.
Surge igitur Hæua, quo ſimul leuemus hoc
Corpuſculum, atq; temperatis lachrimis
Veneremur hoc ſepulchri honore debito.
Hæ. Natura amorq; in filium me lachrimas
Cohibere prorſus non ſinit, nihilominus
Quia me Deus tuo dominio ſubdidit,
Quantum queam tuo acquieſcam iuſſui.

Sed qui leuare duo queamus corpus hoc?
Ad. Mihi te Elohim dedere in adiutorium,
Manum applicemus, fors Deus opitulabitur.
Hæ. Deficio & animo & uiribus, quid adiuuem?
Ad. Domine Deus quẽ grauiter ambo offendimus,
Reliquum nihil ſolaminis, nulláue ſalus?
Vicina deſperatio eſt. Niſi tu adiuues,
Actum eſt ſemel de noſtra & omnis ſeminis
Noſtri ſalute. Dolor, timor, morbus, fames,
Preſſura, & omnigenum malum βίου βροτῶν
Quid obſecro niſi una mortis imago ſunt?
Hic uiuum ineuitabilis necis omnium
Exemplar eſt? Hæc cuncta quo tua plaſmata? ad
Vnam ne deſperationem pertrahunt?
Accedit his q̃d coluber ille callidus
Noſtræ ſalutis ſemper hoſtis peruigil,
Nunquàm mali libidinem non ſuggerit,
Nunquàm bonis ſucceßibus non inuidet,
Nunquàm neci & periculo non ingruit.
Et nullus eſt qui protegat, quod peius eſt,
Vix ulla ſpes ſalutis eſt aut gratiæ.
Tandem leuemus temperantes lachrimas.
Hæ. Mihi languet animus, meq́; uirtus deficit.
Qui potero chara obruere terra pignora?
Ad. Terra obrues, aut deuoranda feris dabis.
Fruſtrá ne te uiraginem uocauerim?

O ſocia noſtræ miſeriæ recipe animum.
Hæ. Qui recipiã? iamdudum enim deſpondeo.
Non potero charum obruere terra filium, at
Lugebo eum digreſſa, donec occidam.

ACTVS primi. SCAENA quinta.

Adamus. Genius.

NVnc & mihi animus incipit labaſcere.
Siccine Deus tuam creatum ad imaginem
Hominem ſines perire ſine ſolatio?
Sontes licenter agere, iuſtos opprimi?
Nunquàm ne in ira miſericordiæ tuæ
Memineris? Vbi iam ſeminis promißio,
Quod conterat ſerpentis inuidi caput?
Domine Deus num inanis hæc promißio?
Gen. Adam. Ad. Quis hic? Ge. Genius tuus. Ad. Genius meus?
O gaudium meum & unicum ſolatium,
O qui prius iuxta me eras, cur longius
Rogo diſtitiſti? Ge. Te tuo qđ a Deo
Elongaueris, diroq; colubro adhæſeris,
Nec angelorum dignus es conſortio.
Ad. Pedibus tuis te prouolutus obſecro
Seruum tuum ne deſeras, ſed pluſculo
Digneris alloquio anxium, nos antequàm
Baratra deſperationum abſorbeant.
Præferre enim uitæ necem iam cæpimus.

Ge. O

Ge. O inanis homo quo pacto in hanc dementiæ
Deductus es ſententiam, ut Deum tuum,
plaſten tuum, & rerum creatorem omnium
Vanum putes, nec præſtiturum quod tibi
promiſerit? Non tibi ſatis manifeſta erat
Salutis hæc tandem ad futuræ perditis
Promiſsio? Ponam (inquit ad colubrum) odium
Inter te & inter mulierem, ſemen deinde
Inter tuum & ſemen mulieris perditæ,
Ipſumq; tandem conteret caput tuum.
Nonne hic palam conſideras, q̄d per tuum
Semen capite ſerpentis attrito, ſalus
Tandem tibi adfutura ſit? Certiſsimám ne
Expertus es Dei tui ſententiam,
Qua propter eſum uetitum huic labori, huic
Dolori, huic morti pauendæ addictus es?
Cur ergo minus uni tribuis ac alteri?
Si non fefellit illa, quid de hac hæſitas?
Ad. Heu non fefellit illa, cum mox certa mors
Secuta ſit. ſed hæc mihi per quam ſalus
Promiſſa erat, differtur in multos dies.
Et ipſa ſit mihi uita morte amarior
Ge. Cui miſer homo imputabis hanc moleſtiam,
Niſi unius inobedientiæ tue, &
Legis Dei contemptui? Num pro tuo
Arbitrio, prædeſtinato tempore

Dandam ſalutem quam ſpopondit, conferet?
Ad. Ergóne adhuc ſperanda ſit, quam in filio hoc
(Heu) morte adempto conferendam credidi?
Ge. Pro hoc ſemine extincto dabit tibi dominus
Semen aliud ſanctum, pium, iuſtum, innocens,
In quo ſuam promiſſionem implebit, ut
Caput colubri ipſamq; mortem conterat.
Qui non ſecus tuus atq; Abel mitis, pius,
Iuſtúsq;, ab iniuſtis, ab impijſſimis,
Crudelibusq; uiris neci tradendus eſt
Mortiq; cum nil debeat, ſua tuam
Simul & propaginis tuæ mortem auferet.
Ad. An tanta queſo charitas meis queat
In liberis reperirier, quo animam ſuam
Pro patre quis ponat ſuo uel fratribus?
Ge. Etiam ſuis pro liberandis hoſtibus.
Ad. Euge obſecro quando hoc futurū exiſtimem?
Ge. poſt multa tandē ſæcula. Ad. Heu heu domine
Quid audio? poſt multa tandem ſæcula? (mi,
Ge. Poſt multa tandem ſæcula, quo ſentiat
Genus tuum preſſum malis & obrutum
Σωτήριον Dei, tuum ſemen, Dei
Tuúmq; filium ſibi neceſſarium.
Ad. Ergó ne noſtro è ſemine Deus homo fieri
Dignabitur? Ge. Dignabitur. ſed maximum hoc
Myſterium non impijs uulgandum adhuc

Generis

Generis tui, uerum pijs duntaxat &
Fidelibus. Video futuros plurimos
Viam Cainos qui æmulantes inuiam,
In omne carnis flagitium, libidinem,
Luxum, ſtuprúmq; ut pecora precipites ruent,
Perdetq; eos uno Deus catacliſmate.
Iccirco non nobis dolendum plus ſatis
Pro filio. quia raptus eſt, ne malitia
Immutet intellectum, & illius animam
Dolus implicet. quod & de Enoch non mortuo
Videbitur. Verum hic die nouiſſimo
Reſuſcitatus ex ſoli huius puluere,
Viuus reſurget ad perennem gloriam,
Per hoc Dei σωτήριον. Ad. Me miſerum, ut eſt
Graue & execrandum facinus illud, quod mihi
Meæq; ſoboli tanta mala ſimul intulit.
Nihilominus ſermonibus tuis meam
Solabor (ut potuero) flentem coniugem.
Vt ſciat, adhuc qđ ſpes ſalutis reliqua ſit.
Ge. Sciat. Ad. Quid hoc? quod ſubitus hinc ſe proripit,
Nil mihi relinquens niſi dolorem & lachrimas?
Sed adeſt Cain, quem ob ſanguinarias manus
Ex cæde fratris horreo. Adeo coniugem,
Relicto in hoc loco interim cadauere. Heu

ACTVS primi. SCENA ſexta.

QVocunq; uado dira conſcientia
Me territat, & excruciat uſq; cor meum.
El. Hem.
Ca. Quis terror hic? El. Cain Cain. Ca. Et cuia uox?
El. Vbi eſt Abel frater tuus? Ca. Neſcio, quid hoc?
Cuſtós ne fratris ego mei ſtatutus ſum?
Elo. Vox ſanguinis fratris tui ad me clamat e
Terra, & requirit uindicem. Iccirco tu eris
Maledictus in terra hac, quæ aperuit os ſuum,
Vt ſanguinem fratris tui ſuſciperet e
Manu tua. Si quando colueris eam,
Non tibi dabit uires ſuas. profugus tremensq;
In ea uagaberis, & necem moraberis.
Ca. Iniquitas mea maior eſt, quàm mihi queat
Remittier. Si hodie eijcis me ex hoc ſolo, &
Facie abs tua, profugusq; ero in terra ac tremens,
Certo futurum præſcio mihi, nempe q̄d
Quicunq; me deprenderit cæſurus eſt.
El. Non ita, ſed omnis qui tibi uitam tuam
Ademerit, nam eſt daturus ſeptupli.
Ca. Vale ergo longum amica terra, ſalus uale.
Valeant parentes, ualeat omnis æquitas.
Fruere anima mea quoquo uales ſolatio:
Carnis uoluptati ſtude & libidini,
Vt uel ſalute temporali gaudeas.

AEterna cui promiſſa iuſtis tollitur.
Adſunt parentes, ceſſero.————

ACTVS primi. SCENA ſeptima.

Hæua. Adamus.


M————E aliquantulum
Iam uir meus uerbis tuis ſolatus es,
Edoctus a genio tuo, maniſeſtius
Multo explicans promiſsiones Elohim,
Quàm hucuſq; nouimus uel intelleximus,
De conterendo capite ſerpentis, mei
Virtute ſeminis. Sed unum hoc explica,
Quando hæc futura prodidit? Num in ſæmine
Quod hoc pro Abele ſuſcitabis primulum?
Ad. Non Hæua, ſed poſt multa tandem ſæcula.
Hæ. Heu.
Poſt multa tandem ſæcula? Ad. Sic prodidit
Poſt multa tandem ſecula. Nos interim
Verbo Dei & promiſsioni fidere
Monuit, & expectare ſpem ſalutis hanc
Quæ in ſemine utriuſq; noſtrum mittitur.
Hæ. Spes quæ diu differtur affligit animum.
Ad. At eſt periculoſa deſperatio.
Hæ. Sic eſt profecto, quæ Caina perduet.
Ad. Fidamus itaq;, & ſepeliamus filium.
Hæ. Eſto, ſi & hunc reſuſcitandum credimus.
Ad. Credamus. & matrē & patrē & fratres ſuos

Semen tuum excitabit hoc ex puluere, ad
Vitam perennem ſub nouiſſimo die
Hæ. Tumulemus igitur filij cadauer hoc,
Denuo Dei reſuſcitandum ad gloriam. Hæ. Heu.
Ad. Ne fle, ſed alacriter leua gnati pedes,
Hæ. Leuabo. ſed natura, ad hæc materna mens
A lachrimis ſe non ualet compeſcere.
Ad. Soletur uxor omnium communis hæc
Mortalitas, cui ſolus hic ereptus eſt.
Nam ſolus hic morti pependit debitum,
Cui nos ſumus cum poſteris obnoxij.
Soletur (olim quam futuram diximus)
Te corporis noſtri reſuſcitatio.
Soletur inde te malorum obliuio, &
Vitæ perennis cum Deo fælicitas.
Dabit inſuper tibi Elohim ſemen aliud,
Pro Abele mortuo. Hæ. Putas? Ad. Certo ſcio.
Leuemus igitur hoc cadauer, ut ſolo
Seorſum in ædibus ſacris honeſtius
Tegamus, in fine excitandum temporum.
Hæ. Leuemus, & laudes canentes Elohim
Quantum licebit eleuemus lachrimas.


CHORVS.

VERSV Anapeſtico.


O Condi



O conditor omnipotens terræ, Maris, aeris,



ætheris, atq; poli Te laudẽt cuncta uigẽtia in his,



Superum præſertim hominumq; genus.

O Conditor omnipotens terræ,
Maris, aeris, etheris, atq; poli
Te laudent cuncta uigentia in his,
Superum præſertim hominumq; genus.
Quamuis offenſus in has merito
Noſtrum ob ſcælus in lachrimas, clades,
Mortemq; cruentam tradideris,
Nobis tamen uſq; colendus eris.
Merito quoq; adhuc laudandus eris,
Qđ nos noſtras miſerans clades,
Decreueris ipſis tartareis

Colubri ſpiris tandem eripere.
Serpentis enim caput antiqui
A ſemine noſtro elidetur,
Et morte triumphata miſeris,
Noua uita reſurget apud ſuperos.

Perſonæ dramatis in Secundo Actu

Protoplaſti 2.	Siba	ſerui
Genij 2.	Elieſer	
Abraham patriarcha	Elohim Deus	
Iſaac filius		

ACTVS ſecundi. SCAENA prima.

Verſus Iambici trimetri.

Heua. Adamus.

O Ter miſerrimum genus mortalium,
Qđ ultro ab ortu ſenſim in interitum ruit.
A Seth enim (pro Abele quem ſuſcepimus)
Hunc uſq; Noe ad ultimum, omnes atra mors
Abſorbuit, noſtrámq; prolem funditus
Propter nefanda & abominanda ſcelera iam
Olim Deus grauis arbiter catacliſmate
Merſit, necuit, extinxit, (heu) mea pignora
Ad. Rurſum ne mulier lachrimabere mortuos?
Quin lachrimas magis, qđ a Seth filio
Noſtro uſq; ad Abrahamū ultimum, annorū fere
Elapſa ſunt tria milia, atq; nullum adhuc
Apparuit ſolatij ueſtigium, aut

Vero

Veræ ſalutis mentio. Sperauimus
Quod Noe uir coram Deo perfectus &
Iuſtus, adeoq; acceptus Elohim, nos omnibus
Ab operibus mæroribusq; huius ſoli,
Quod dominus execratus eſt, eriperet, &
Tandem quietos redderet, uerum ſecus
Multo accidit. Siquidem ipſe iuſtitia ſua
Seſe & ſuos morti mage ac uitæ uſui
Seruauit, & poſt multa tandem ſæcula
Nobis nihil ueræ ſalutis attulit.
Quin ipſe demū extinctus eſt. Hæ. Extinctus eſt.
Et proh dolor poſt multa tandem ſæcula
(Vt Genius explicauerat) ſemen meum
Nequaquam adhuc ferens ſalutem apparuit.
Ad. Inuadit horror me grauis. Hæ. Me quoq; uelut
Ob numinis (qđ ſuſpicor) præſentiam. Au.

ACTVS ſecundi. SCAENA ſecunda.

Verſus ut ſuperiores.

Genij. 2. Adamus. Hæua.

QVid imperitis denuo ſermonibus
Tempus ſocordes teritis? An quęſo excidit
Adame inanis quid tibi olim dixerim?
Quod pro necato Abele ſemen alterum
Deus excitaturus ſit, id quod callidi
Letho ſuo caput colubri conteret,

Poſt

Poſt multa tandem ſecula? Ad. Haud quaqua excidit.
At multa mundi ſæcla nunc elapſa ſunt,
Et paruum adhuc ſalutis eſt ueſtigium.
Ge. O bulla inanis homo, miſerendi tempus &
Deum ſalutis tune præſcribes Deo?
Quemadmodum non Noe (uir quantumlibet
Iuſtus fuit) ſeruauit, ita nec Abraham
Seruauerit, nec à malis præſentibus,
Nec a nece. Sed ut ille in undis ſæculo
Typum ſalutis præſtitit, ſic Abraham
In filio ſuo immolando præferet.
Ad. Quid obſecro te domine Noe præſtitit?
Ge. Vt ille tum fidens Dei ſermonibus
Cum liberis, cum nuribus, cum animantibus
Ingreſſus arcam cæteris pereuntibus
Seruatus eſt, ita per aquas baptiſmatis
In ſeminis tui profuſo ſanguine
(Si creduas) mundabere, & ſeruaberis
A morte & omnibus malis perennibus.
Quare hanc morã æquo fer animo, atq; credito.
Hæ. Si gratiæ tantum mereo, te quoq; precor,
Quem mihi Deus uitæ patronum tradidit,
Vt uelut Adamo Raziel, ſic tu mihi
Famulæ tuæ ſalutis auidæ ediſſeras,
Quemnam typum ſalutis edet Abraham.

Ge. Sta paululum, monſtratur. En tibi Abrahā, &
Dudum ſeni genitus ephebus Iſaac.

ACTVS ſecundi. SCAENA tertia.

Iambici tetrametri.

Abraham Iſaac.

TAntiſper hic pueri mei moramini, dum ego & Iſaac
Sacro peracto ad uos reuertamur. Sequere me gnate mi,
Lignorum ut hos faſces feras, ego gladium & ignem geſſero.
Iſ. Ferā, & libens ſequar pater, quocunq; me produxeris.
Ab. Sic te decet fili Deo & patri obſequi. at morare adhuc.
Tātiſper hic, dū colligauero hæc, ſede, cōmodius ut
Onus feras, iſtisq; ſufficias laboribus. Iſ. Libens
Sedeo pater, malim tamen iuuare te pater. Ab. Iuua. Iſ. Hem,

SCAENA interiectitia. Omnes ſenarij.

Siba. Eliezer. pueri Abrahæ.

ELiezer. Eli. Hem. Si. Noſter quid heros lachrimat?
Eli. Quid lachrimet? Si. Lachrimat profecto. uidi enim in
Genas ſeniles defluentes lachrimas.

Cum

Cum faſcem amato filio iam imponeret.
Eli. Si lachrimat, non ſunt inanes lachrimæ.
Quid ſuſpicemur neſcio, hoc certo liquet,
Q đ ad ſacrum faciendum abit cum filio.
Et nos neq; comitarier, neq; faſce nos
Puerum leuare, aut ſacro adeſse ſuſtinet.
Si. Ea ipſa miror, omniúmq; maxime.
Quod ad hoc ſacrum nec bos nec agnus ducitur,
Niſi qđ herilis filius ſequitur patrem,
Non aliter atq; agnus qui ad aram ducitur.
Eli. Putas in illum ſæuiat? Si. Non ſeuiat.
Nam quicquid egerit, inſtitutus cælitus
Oraculo peregerit, uelut hactenus
Omnia patrata audiuimus. Nihilominus
Si hunc immolet, cedet tibi uni hereditas.
Qđ abdicatus iſmahel, tibi filio
Meſer relinquet omnem heri ſubſtantiam.
Eli. Temeriter hoc ne dixeris Siba, qđ ex
Oraculo hic Iſacus hæres omnium
Futurus eſt, etiam ſi eundem ex mortuis
Reſuſcitaturus ſit ipſus Elohim.
Dei inanis eſſe non poteſt promiſsio.
Redeamus itaq; ad noſtrum aſellum, ne fame
Tabeſcat, aut furto pereat. Si. Eamus, &
Reducem moremur utrumq; eorum aut alterum.
Graidion (haud ſcio quod cui ue) audio queri,

Et com-

Et condolere ephebo onuſto faſcibus.

Reſiduum SCAEN. tertiæ. Verſus *partim dimetri, partim tetrametri.*

Abraham. Iſaac. Haua. *Genius.* Elohim.

SAt ligna iã cõpacta ſũt.oneri ſubito gnate mi

Iſ. Ne fle pater, facile feram. Ne lachrima, facillime.

pater feram. Hæ. Grauibus ephebus quid oneratur faſcibus?

Quin alter horum fortiorum hunc imbecillem ſubleuat?

Ab. Fili tenes? *Iſ.* Teneo pater, ne lachrima. *Ab.* Sequere. *Iſ.* Sequor.

Gen. Intende nunc myſterio. *Hæ.* Iam tota mente intenta ſum.

Iſ. Heus mi pater. *Ab.* Quid gnate mi?

Iſ. En ligna & ignis & enſis hic,

Vbi in holocauſtum uictima?

Ab. Sibi prouidebit uictimam

Deus offerendam gnate mi.

Ge. Vt immolaturus ſuum gnatum unicum ducit Abraham,

Sic filium Deus unicum ex ſemine tuo in mortem horridam

Daturus eſt, mortis tuæ qua ſoluet omne debitũ.

Vides ephebum in noxiũ lignorũ onuſtũ faſcibus,

Sic ſe-

Sic ſemen iſtuc innocens crucis ſuæ lignum feret,
Hæ. Rurſus mihi uideor uidere duci Abelem.
Quid pater
Nūc occipit? Ge. Cōponit arā, aptat ſtruē cui filiū
Vt mactet impoſiturus eſt. Hæ. Auertat hoc Deus arbiter.
Quid uidero? Teneras manus plantasq; teneras obligat
Durus pater. Ge. Sic alligabūt et tuū ſemen cruci,
Hæ. Imponit aræ ſubleuatum, quid futurū neſcio.
Ge. Sic eleuabunt & necabunt impij. Hæ. Proh proh dolor
Iam ſtringit enſem in filij innocui necē. Nō fero.
Ge. Mane. Hæ. Quid hoc tonitru atat.
Elo. Abraham Abraham. Ab. Ecce ego domine
El. Ne extende pater in filium
Manum tuam. Iam noui enim.
Quod Elohim dominum Deum
Timeas tuum. Nec filio
Me propter unico tuo
Quem diligis peperceris.
Ge. Quid nunc? Hæ. Rei nouitate perculſa ſtupeo, neq; me capio.
Præ gaudio, qđ meruerim uocē loquētis Elohim
Audire, non ſecus atq; quondam eum loquentem audiuimus,

Cum

Cum noſtrum utriq; pacta uita (heu) derelicta
tradidit.
Quãquàm miſera nil omnium quæ dicta ſunt in-
telligo,
Celebro tamen ter maximum Deum *patrem, qui*
innoxium
Quem iuſſerat mactarier, uitæ uſui reſtituit, &
Noſtræ ſaluti conſuluit. Ge. En Abraham ipſum
conueni.
Hæ. Quonam ille ſe iam proripit, ſpe deſtitutam
deſerens?

ACTVS ſecundi. SCAENA quarta.
Quaternarij.

Abraham. Hæua. Iſaac.

TVn' *Hæua mater noſtra prima & omniũ*
uiuentium?
Hæ. Ego Hæua mater ueſtra prima & omnium
mortalium,
Quos nempe non tam lumini, quàm morti acer-
bæ enixa ſum.
Ab. Salus tibi venerãda mater, & omnibus gna-
tis tuis.
Hæ. Prognate ſalue, at unde nobis ſpes ſalutis ful-
(geat,
Qui omnes ſumus reatui mortiq; diræ obnoxij
Ab. Venturum adhuc confidimus, qui dona nobis
gratiæ.

Impertiens, ueram ſalutem conferet. Hæ. Quãdo obſecro
Fili, & quid argumẽti habes? Sperauimus te (qui Deo
Acceptus es) patri, mihi, totiq; noſtro ſemini
Poſſe indipiſci gratiam. Ab. Non noſtrum id eſt mater mea,
Non noſtrum id eſt, qui ex traduce in ſceleribus orti uiuimus.
Neceſſe ſiquidẽ crimine fore liberum, qui crimine
Nos liberet, & innoxiũ qui ſeruet omnes noxios
Hæ. Id conſonum rationi, at ex radice putri qui integri
Naſci ualebunt ſurculi, aut fructus boni ex arbore putri?
Ex hácne peccatrice maſſa aliquid boni decidimus?
Ab. Decidet ipſus Elohim. Hæ. Quando? & quod argumentum habes?
Ab. Præſente Adamo patre noſtro dixero. en & ipſe adeſt.

ACTVS ſecundi. SCAENA quinta.

Tetrametri, ſeu Octonarij.

Adamus. Abrahamus. Hæua. Iſacus.

O Stendit eminus mihi ſacrum Abrahæ Genius meus,
Ex ordine quoq; euoluit omnia illius myſteria.

Q d &

Qđ et Iſaac ſemen figuret et cõiugis, quod liuidi
Caput colubri conteret. nūc ipſe cõueniā uirum,
Exactiusq; ſuſcitabor dicta & acta ſingula.
Quin ipſus ultro eſt obuius. Ab. Salue pater mihi plurimum
Venerande & obſeruāde. Ad. Salue gnate cum ſemine tuo.
In quo mihiq; & omnibus mortalibus nonnulla ſpes
Veræ ſalutis creditur. Dic ergo quidnam cælitus
Oraculo de hoc ſemine tibi proditum eſt. Ab. Dicam tibi
Pater, & tibi mater mea, ut uel paululum ſolatij
Hinc hauriatis et ſpei, poſt calamitates plurimas,
Per multa uitæ ſæcula. Ad. O ſi poſt tot acta ſæcula
Cunctis pijs deſideratus gentibus tandem adſiet.
Ab. Tandem aderit, & ſeruos ſuos ſolabitur. Deus optimus
Dudum unicum cum ſibi iuberet immolari filium
Meum Iſaac, mox ligna cæſa ei ferenda tradidi.
Araq; ſtructa cū immolare niterer mea pignora,
Ne extēdito (inquit) Abrahā manus tuas in filiū.
Iam noui enim timere te Deum. Oſtenditq; mi
In uepribus hærentē arietē cornibus, quē cõcitus
Rapui, & meo pro filio mox obtuli. Ad. Iſthæc omnia

Monſtrante genio uidi, eorumq; didici myſteria.
Semenq; promiſſũ impij extinctũ putabũt, at caro
Saluo manente ſpiritu moritura ſupponẽda erit.
Tu reliqua perge dicere. Hæ. Et meus mihi Genius eadem
Dempto ultimo explicuit Adame, reliquàm pergar eloqui
Ab. Poſt multa ſemini meo promiſſa munera gratiæ,
Soboliſq; multiplicationem maximam, ut arenæ maris
Sine numero ualuerit æquipararier, tãdẽ intulit.
In ſemine Abraham tuo
Cunctæ tribus mortalium
Benedictionem iugiter Dimetri.ſ.
(Hoc eſt) ſalutem & gratiam)
Dei ualebunt aſſequi.
Non modo mihi hæc promiſſio, ſed & tibi omniq; generi
Mortalium ſalutis & ſolatij ſpem contulit.
Hæ. Putás ne fili quẽ Deus mactarier ſibi iuſſit, &
Inter ſacrum ſaxumq; poſitum denuo ſeruarier,
Per te genus mortaliũ ſeruabitur? Iſ. Per me Deus
Quid efficere decreuerit neſcio equidẽ mater mea
Hoc ſcio tamen, quicunq; ſim, morti, miſeriæ, & crimini


Sum

ſum obnoxius. Ad. Præpropere (ut olim) mulier iſthæc ſuſcipis.
Rogandus hic erat Abraham, qui exorſus eſt nobis loqui,
Aut potius uſq; ad terminū debebat axaudirier.
He. Peccaui Adame, ignoſce quæſo ſalutis ægro affectui.
Ad. Dic Abraham quando hæc ſalus ſperanda ſit. Num in filio hoc?
An alium adhuc morabimur? Ab. In filio quidem meo, ex
Hoc nēpe ſuſcitādo, et id poſt multa tandē ſæcula.
Sic namq; mihi locutus eſt olim Deus. Certo ſcies
Qđ inquilinum adhuc erit ſemen tuum in terra haud ſua,
Vbi opprimetur ſeruitute annis quadringentis, dein
Generatione quarta in hunc locum (ubi modis miſerrimis
Afflictū erit) reuertet, at multis onuſtū ſarcinis:
Ex quo liquet, qđ Iſaac ueræ ſalutis gaudium
Non adſeret, ſed ſemē id mater tuū, quod in Iſaac
Signatur, hinc poſt multa tādē ſæcula. He. Eheu, denuo
Poſt multa tandem ſæcula? Ab. Ita, poſt multa rurſus ſæcula.


Ad. Heu nos facile miſerrimos. O quàm graue eſt noſtrum utriuſq;
Piaculum, quod tot malis, tot ſeculorũ lachrimis.
Nõ expiatũ eſt hactenus. Sedeamus uxor (dũ nihil
Solatij) tantiſper in noſtri doloris latibulo,
Dum hinc abeat, atq; redeat huc charum Deo ſemen Abrahæ.
Et ueniat is, qui ſæculo uenturus eſt nouiſsimo,
Aut cũ peregrinãte peregrinemur (id qđ optimũ
Arbitror) ut cum regrediente regrediamur. *Hæ.* Id optimum.
Ne deſeramus ſemen hoc charum Deo. Quis Adame quis
Non mẽte cõcidat ſemel, animi ue non deſpõdeat,
Si nam Dei tot ſeculorum lachrimæ nõ molliant!
A. Meminiſſe oportet quã periculoſa deſperatio.
Qua lapſus eſt olim Cain, & a Deo propulſus eſt.
Flere Hæua noſtrum, plangere & lugere noſtrũ, qui Deo
Peccauimus. *Hæ.* Me miſeram ut uſq; lachrimæ, ut uſq; lachrimæ.
In antrũ eam⁹ denuo, et ſinũ impleam⁹ lachrimis.
Vale Abraham. *Ab.* Mater uale. *Hæ.* Vale Iſaac. *Iſ.* Mater uale.
Ad. Vale Abraham, & totum genus mortalium prece adiuua.

Ab. Vale Adame longum protoplaſte, & omniū noſtrum parens.
Fiduciam ſume haud modo in ſingultibus uel fletibus,
Sed & in fide promiſsionis naſcituri ſeminis.
Quæ tibi fides ad iuſtitiam apud Elohim reputabitur.
Ad. Putás ne mihi iuſtitia originalis & primaria
Hanc per fidē, ut promiſsioni creduā, reddēda ſit?
Ab. Certo ſcio. Si ſponſioni creduas reddenda erit.
Ad. Vale Abraham, ne ſermo tibi meus moleſtus ſit. Ab. Vale,
Reuertor ad meos. Sequere fili. Iſ. Sequor te. Ad. Ipſá ne fides
Qua credimus promiſsionibus Dei de ſemine,
Referre iuſtitiā Hæua per delicta perditā queat?
Hæ. Qui queat Adame, qui queat? quàm non tot calamitatibus,
Tot cladibus, tot lachrimis in hunc diem promeruimus?
Eamus, & ſit utriq; noſtrū hæc una conſolatio, ut
Dolore cruciet nos Deꝰ, nec parcat uſq; in ſæcula.
Ad. Vide Hæua, ne prolata ſint hæc temeriter. Abeamus hinc,
Intérq; eundum canticū flentes canamus lugubre. Hæ. Hem.


CHORVS. Verſu Anapeſtico.



Proh dura lues, proh tabida mors, Vt in



omne hominum graſſare genus, Nullúmq; ſinis



non ore tuo Spumante premi atq; abſorberi.

Repet. *Noſtrum flemus mortale genus.*

PRoh dura lues, proh tabida mors,
Vt in omne hominum graſſare genus,
Nullúmq; ſinis non ore tuo
Spumante premi atq; abſorberi.

Repetitio, ſeu uerſus intercalaris.

Noſtrum flemus mortale genus.

Oculos per te caligo tenet,
Patuleq; aures obſurdeſcunt,
Perit olfactus, ſapor oris abit,

Totúmq;

Totúmq; iacet corpus ſtupidũ. Noſtrũ fle. &c.
 Vigor omnis abit, color ater obit,
Caro putreſcens redit ad limum,
Execrandum ſcelus ob noſtrum,
Vetitiq; cibi in paradiſo uſum. Noſtrum fle.
 Tandém ne deus miſeros miſerans
In ſemine promiſſo eripies
Mortale genus de multimodis
Quæ perpetimur ſine fine malis? Noſtrum fle.
 Heu ſecula multa quouſq; labant?
Tandém ne Deus dabit his finem, &
Miſeros miſeratus terrigenas
Mittet cito quem miſſurus erat?

Perſonæ dramatis Actus tertij.

Protoplaſti 2.		Aaron	
Nadab	leuitæ.	Moyſes	
Abiu		Leuite alij 2.	
Genij 2.		Lorarij 2.	
Elohim Deus		Booz	pueri
Populus		Iſachar	
Reus lapidandus		AEgri 4.	

ACTVS tertij. SCAENA prima.

Tetrametri.

Adamus. Hæua.

QVid ſocia noſtri criminis, adeoq; noſtræ mi-
 ſeriæ

Et calamitatis nunc tibi fiduciæ, poſt tot Dei
Exhibita ſemini Abrahæ beneficia in AEgypto
& mari
Rubro? Anne clare hæc indicant erga genus mortalium
Dei fauorẽ, & hactenus non proditã clementiã?
Hs. Vere indicant, & multa tandem ſæcula olim
prodita
Mox terminanda fidimus. Sed terret hoc q̃d ſperma idem
Multis malis ſinit affici, hac in uaſta eremo, &
obrui
Fame, ſiti, ærumna, labore, cladibus, quaſi rurſum eos
Nũc oderit, quos ante tãto amore proſecutus eſt.
Ad. Natura noſtra fragilis eſt, & ad malum procliuior,
Mox ipſa ab adoleſcentia. quapropter in multis
Deum
Tum noſtram ob ignorantiam, tum noſtram ob
impotentiam,
Tũ mẽtis ex proteruia cuncti ſubinde offendimus,
Et plurimi abſq; ullo timore innumera perpetrant mala.
Iratus igitur Elohim pro quantitate criminum,
Varijs malorum incõmodis ſibi rebelleis arguit.
Hs. Pora

He. Fortaßis ita ſe res habet, ſed præter unum
(proch dolor)
Præuaricatū ab initio, mandata nulla accipimus.
Nos nihil habemus (fateor ingenue) qđ excuſe-
mus, at.
Noſtri nepotes poſteri, quos ſtirpitus uitiauerat
Noſtrum ſcelus, qui adhuc rudes quæ ſint agenda
rite uel
Vitanda neſciunt. quo ad has pœnas adeo graueis
Merito trahantur neſcio. Proponat æquum, &
iudicet.
Præcipiat, ut ſciamus hinc quæ agenda uel fugiē-
da ſunt.
Ni deſit is qui iubeat, haud eſt defuturus qui im-
pleat,
Ad. O Heua mater omniū uiuentiū, immo uerius
Multo, omnium morientium, quid ad hoc tibi re-
ſpondeam
Non ſat ſcio, qđ humana mens niſi iußibus ſeu le-
gibus
Coerceatur, quolibet raptatur, & præceps ruit
In omne flagitium, proteruiam, dolum, libidinē,
Idololatriam, Dei contemptum & ignorantiam.
Cuiuſmodi nūc accidiße uidimus; cæſa quoq; ſunt
Milia uirorum plurima. Et contra uirendum plu
rimum,

Ne plu-

Ne pluribus ſi mancipemur legibus, iam denuo
Præuaricati puniamur atrocius, quòd unicam
Seruare non potuerimus. Oſt nunc ſit hic Genius meus,
Et pectori (nodo hoc ſoluto) ſcrupulum noſtro eximat.
Phaſeq; nobis explicet, (quo non uacat,) myſterium. At
Quos omnium primos in hac eremo habemus obuios?
Hæ. Viros hebræos ex colore ipſoq; cultu ueſtiū
Agnoſco, Leuiten utrūq;, ipſos rogemus obiter, et
De phaſe et agno iā immolato, ſiue ritu uictimæ,
Quæ dudū in AEgypto immolata non uacat myſterio.
Adorire, ne nos alio ituri deſerāt. Ad. Nō deſerēt.

SCAENA interiectitia. Verſu tetrametro.

Adamus. Hæua. Nadab, Abiu.

SAlucte Hebræi. Na. Saluus es. Ad. Soli quid hic ſpaciamini?
Na. Nos gnati Aaron hic patrem moramur atq; patruum.
Ad. Obſecro uos, quos in ſacris Dei miniſtros cōſpicor,
Narrate quonam pacto in AEgypto agnus immolatus eſt.

Cuius

Cuius cruore ut ſunt notata limina & poſtes domus,
Exterminatis hoſtibus populus Dei ſeruatus eſt.
Na. Quod accidit uerißimum. melius tamen frater meus
Facundior, tibi recitabit ut accidere ſingula.
Si quid per oſcitantiã tibi exciderit ego ſuggerã.
Ordire frater a Noui menſis Niſan decimo die
Quo anniculus agnus & ſine macula inferebatur domum
Ad ueſperem, quarto die immolandus in penetralibus.
Ab. Paucis ſenes uobis loquar, qđ utrũq; noſtrum uictimæ
Cædendæ adeſſe oporteat, & adolere thura ſacrificio.
Dicto die menſis Noui cum cæſus agnus ueſperi
Eſſet, & utrũq; limen atq; uterq; poſtis oſtij
Agni calẽti ſanguine a patre familias notatus eſt.
Tum pelle detracta caput, pedes, & inteſtina, cum
Viſceribus integris uerubus affixa ad ignem toſta ſunt.
He. Fimus ne ſimul aßatus eſt? Na. Non eſt, ſed igne abſumptus eſt.
He. Deinde quo ritu phaſe hoc aſſum Iſraheli comederit

Quæſo

Quæſo indica, quo pane uel condimine populus uſus eſt.
Ab.Cōuenerant unis in ædibus uiri atq; fæminæ,
Iuuenes ſenesq; tot, quot op⁹ erat ad eſum uictimæ,
Agnoq; cocto ſinguli renes ſuos cinxere; ad hæc
Stabant manu altera tenentes baculum, ut accincti itineri,
Agniq; ſic carnes ſacras raptim uorabant, oſsibus
Sanis manētibus. ſuperflua ignis abſūpſit uorax.
Na. De Pane *nil meminiſti adhuc, carnis ue de condimine,*
Quæ neutiquàm ſilenda ſunt. Ab. Non utiq; ſunt, uti ſuggeris.
Iuſsu Dei *noſtri uſum in hunc panem azimon cū agreſtibus.*
Lactuculis parauerant. Quibus uti prius animas ſuas
Afflixerāt, ſic modo et in agni uſu fuere carnibus.
Dūq; hæc aguntur in Iſrahel. AEgyptiorum *ſingulis.*
In ædibus, primogenitum omne iacebat ab homine uſq; ad pecus
Proſtratum ubiq; & mortuum. Porro *ubi fores in Iſrabel*
Agni notatus ſanguine reperit angelus, uita & ſalus

Conceſſa

Conceſſa ſunt, Quapropter & Deus Iſrahel primogenitum in
Nobis ſibi omne uēdicat. Ad. Merito quidem. ſed quid latet
In hoc Phaſe myſterij queſo uiri mihi dicite
Na. Quid lateat hic myſterij, non noſtrum id eſt euoluere,
Sed Moyſi aut Genij tui. Vale, hora nos alio uocat
Ad. Valete, ueſtræ comitati magnam habemus gratiam.

Reſiduum SCAEN. primæ.

Hæ. Optaſti Adame. en cōmodum, pro uoto adeſt Genius tuus.
Scrutare nunc de Phaſe & in AEgypto immolata uictima,
Deinde de Manna cibo dulciſſimo eſurientibus
Iā cælitus populis dato. Ad. Secede tu dū ſuſcitor,
Niſi adeſſe te quoq; iuſſerit. Hæ. Men' prohibeat tibi coniugem?

ACTVS tertij. SCAENA ſecunda.

Octonarij ut ſuperiores.

Adamus. Genius. Hæna.

OPtato ades uitæ meæ præſidium, & unica lux mea,
In rebus ambiguis. Quid obſecro hactenus mihi pluribus

Quæſo

Te ſuſtuliſti ſæculis? Ge. Quid te deo diffidere
Noui, atq; uerbis illius non credere, iccirco bono
Te iure deſerui. Miſer & inanis homo quid am-
bigis
Tandē futurū, quod tibi atq; cōiugi plaſtes Deus
(Licet inobedientibus præuaricantibus quoq;)
Pollicitus eſt? Ad. Credo futurum, at differendum
uereor in
Prolixiora ſæcla. ob hoc quòd nō modo reliquum
genus
Noſtrum, ſed & ſemen Abrahæ (unde quicquid
eſt ſalutis &
Solatij tu naſciturum dixeras) crebris Deum
Sceleribus offendit, & ad iracundiam ipſum pro-
uocat.
Ge. Verum id quidē, quapropter & pœnas gra-
ues dedere nunc.
Et poſtmodum dabunt, niſi amodo a malis ceſſa-
uerint.
Et cognitam Dei uoluntatem ſui perfecerint.
Nec tu putes quòd propter hæc mala populi ſuam
Deus.
Promiſſionem differet. cuius quidē ſapientiā &
Clementiā nō ueſtra uincit malitia & proteruia.
Ad. Gaudeo, tametſi neutiquā ſine lachrimis mea
uiſcera

Rudem gregē lapſum per ignorantiam, aſpicere queam
Laniarier. Nos digna factis recipimus; qui nouimus
Dei uoluntatem, per eius iuſſa nobis proditam.
Minimeq; eā uetitis uoratis fructibus perfecimus.
At filij quos ad ſcelus per traducem produximus,
Dei & latreiæ neſcij, cur tam graui (ubi deliquerint)
Sunt ultioni obnoxij? Cur non magis mādata dat,
Legéſq; ſancit atq; ceremonias, quibus ſuam
Nobis uoluntatem Elohim, ſuiq; cultus explicet?
Tum demum ubi præuaricantes ſenſerit, uel increpet,
Vel puniat, pro quātitate aut qualitate criminis.
Cur emori miſeros ſinit, culpæ abſq; conſcientia?
Ge, O homo lutum putre, bulla inanior, quis es tu qui deo
Reſpondeas? An non per ea quæ facta ſunt mortalibus
Sui conditoris ſempiterna potentia ac diuinitas
Ita innoteſcunt atq; peruidentur, ut coram Deo
Sint plane inexcuſabiles? An non Deus ad imaginem
Et ſimilitudinem ſuam te condidit, quo lumine
Rationis uſq; præditus, conſideres ex hac poli

Soliq; magnitudine creatoris omnipotentiam,
Ex mira eorũ pulchritudine et ordine ſapiẽtiã, et
Ex uſu eorum maximam in creata beneuolentiã!
Cunq; omnia hæc ratione ueſtigaris, & plaſtæ tui
Ex plaſmatis diuinitatẽ agnoueris, quid reſtat, &
Quid ipſa ratio poſtulat, niſi ut & ea qua prædi-tus
Es memoria illi inhereas, cunctáq; labantia ne-gligas?
Dein libero quo præditus es arbitrio quem noſti ama,
Cole, uenerare, amplectere, & nihil pudendi fa-cinoris
Veſanus admitte, aut quòd illi diſplicere noueris.
Hæ. Qui nouero, niſi quod placet uel diſplicet ſua mihi
Seu lege ſeu mandato ad unguem ſcripſerit uel iußerit?
Ge. Tu denuo mandata poſcis mulier, ut καθ' ὑπερβολὴν
γένηθ' ἁμάρτολος ἡ ἁμαρτία δι' ἐντολήν. *aut (ſi uelis*
Hæc ipſa planius explicarier tibi) ut ſupra modũ
Fiant tibi peccata per mandata peccatricia:
Qđ uitæ enim futurũ erat, morti futurũ ſenties.
Tun' denuo mandata poſcis Hæua, quæ nec unicũ

Seruare

Seruare poteras, arboris de nō edendis fructibus?
Et quo modo ſeruare poteris multa, grauia, ua-
riaq́;?
Etiám ne opus legis Dei natura ueſtris cordibus
Inſcripſit, atq; conſciētia ueſtra idē uel improbat
Vel approbat? Nonne quoq; σεωτῆρησις ad bona
& optima
Propenſa, & auerſatur improbitatem & omnia
uitia?
Ad. Legem Dei præuaricati admiſimus quidem
ſcelus
Graue, nō uolētes cōditoris iuſſui acquieſcere, ob
Hoc maxime, q̄d mortis hanc ærūnam adeo gra-
uem fore
Non nouimus. Sed proh dolor cū auditui uexatio
Dederit mali experientiā, quæcunq; nobis iuſſerit
Deus, exequemur utiq; animo promptiſſimo. Sit
ergo qui
Nunc denuo præcipiat, haud eſt defuturus qui
impleat.
Ge. Mandata temere poſcitis, mandata dura ha-
bebitis,
Quo nulla de ignorantia uobis ſit excuſatio.
Magisq; de impotentia, quā hucuſq; de ignorantia
Queramini, præuaricatoresq; legis denuo
Conuicti, ad unum omnes ſimul dānationi obnoxij

Teneamini. Ad. Qui inciderit, is pœnas dabit. Ge.
Pœnas dabit.
Hæ. Quid ſpectat eminus, quid & terrore trepidat Iſrahel?
Quis ſubitus hic ſonitus, tonitrus, fulmina, atq; fulgura?
Quæ lampades? quis fumus hic, tubæq; clangor perſtrepens?
Ad. Aduentus & uox Elohim eſt. ubi Genius eſt? cur deſerit?
Hæ. Heu heu morimur. quis ferat? quis uideat? & quis audiat?
Ad. Certe uxor hæc ſunt audienda, uidendáq;, animo forti ades.

ACTVS tertij. SCAENA tertia.

Verſus partim dimetri, partim tetrametri.

Elohim. pópulus. Adamus. Hæua.

AVdi Iſrahel, dominus Deus
Tuus æmulator unus eſt.
Non ergo habebis neq; coles
Simulacra ſiue alios Deos
Sed dominum adorabis Deum
Illiq; ſoli ſeruies.
Fruſtra Dei nomen tui
Temeré ue nunquàm aſſumpſeris

Memento

Memento ſeptimum diem ut
Pietate ſanctum prædices.
Parentem honora, uti ualeas,
Longóq; uiuas tempore
Ne occide proximum tuum.
Nec coniugem eius pollicas.
Nil omnium furto auferas
Teſtisq; falſus ne ſtes.
Non concupiſces proximi
Nec coniugem, nec quidlibet.
Ex omnibus quæ poßidet.
Pop. Quecunq; nobis Elohim
Locutus eſt ſeruabimus.
Ad. Seruabimus. Hæ. Seruabimus.
Elo. Si impleueris quæ iam tibi
Mandata ſunt, benedictus es
In omnibus quæ poßides,
Et quæ geris. Sed contra erit
Maledictus is qui non manet
In omnibus legis meæ
Sermonibus, nec opere eos
Impleuerit. Pop. Maledictus is
Ad. Maledictus is. Hæ. Maledictus is.
Iam deſinit nobis loqui dominus Deus, quātoq; me
Terrore cōturbauerit, non facile Adame dixero.
Atq; o utinā mediator adſit Moyſes dux Iſrahel,

Qui reliqua nobis explicet placita atq; ceremonias,
Et ſciſcitemur ex eo, ſiqua orta fuerit queſtio.
Ne ſi deniceps ſic Deus loquatur, horrore enecet.
Ad. Optauimus nobis malum coniux graue & pregrande, cum
Leges dari nobis Deum popoſcimus. Quanta obſecro
Quàmq; grauis in præuaricantes ueniet animaduerſio,
Si tam moleſta interminantis eam fuit præceptio!
Sed eminus quos cernimus claro coruſcos lumine!
Hæ. Niſi me acies fallat oculorum anilium, Moyſes Dei
Exercitus dux alter eſt, illius & alter frater eſt.
Sed hoc quid eſt qđ Moſeos facies perinde ac lampadis
Fulgor coruſcãs radiat, atq; eã intueri nõ queam,
Cornuta qđ mihi pareat? Ad. Cornuta quoq; paret mihi,
Geminasq; portat lapideas tabulas. Hæ. Quid hæc ſibi uolunt?
Ad. Afflatus eſt (ut autumo) quodam ſuperno numine.

SCAENA quarta. ACTVS tertij.

Tetrametri.

Aaron

Aaron. Moyſes. Adam. Haua.

FAciem tuam frater operi, quo populus atq;
Adamus hic
Tua frui præſentia queant, tuisq; intendere
Sermonibus. Ad. Iam proſpice. faciē ſuā obnubit
peplo, ut
Nobis liceat intendere, ultroq; nos petunt, Sta mu-
lier, ut
Siquid ſalutis adferant, læti audiamus. Hæ. Hem
o utinam.
Aa. Salue pater mi. Ad. Saluus es. Aa. Quid tre-
pidus es? quid triſtis eſt
Et Hæua mater omnium uiuentium? Ad. Quòd
Elohim
Nobis loquentem, & horridis interminantem
uocibus.
Audiamus, ſed & ueremur ne loquatur denuo.
Aa. Et denuo locuturus eſt, pluresq; ceremonias
Daturus eſt, unū tamē per Moyſen, quo uox Dei
Non amplius uobis ſtet formidini aut diræ neci.
Ad. Hoc eſt quod opto maxime. Tu loquere nobis
Moyſes
Generoſe dux populi Iſrahel, ut te audiamus hi-
lariter.
Mo. Es bono animo, loquar ipſe toti cœtui, uobis
quoq;

Poſt paululum. Nam primulum, quòd ad tuum pa-
ter attinet
Solatium, & quod ſcire anhelas anxie, clare tibi
Edißeram quæ tibi tuóq; calamitoſo ſemini
Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iſrahel, Deus
& tuus
Pronunciando fideliter mihi tradidit. Hæ. Dic ob-
ſecro.
Ad. Præpropere (ut uſq;) tu quidē. Lente inquiūt
feſtina, ut hæc
Audita dudum oracla cōmode explicet. Hæ. Sileo,
explicet.
Mo. Cū territus iā clamitaret Iſrahel, non audiā
Vocem Dei mei, nec aſpiciam amodo ignem hunc
maximum,
Ne moriar, hoc modo inquit ad me Adonai. Bene
ſunt locuti
Hæc omnia, Prophetā enim excitabo eis ſimilē tui,
Fratrū ſuorū de medio, & ad eos loquetur omnia
Mea uerba quæ mādabo ei. Quicunq; uero non ea
Audiuerit, quæ noſtro ad illos nomine locuturus
eſt,
Mihi uindici pœnas grauis daturus eſt. Ad. Tu
gaudio
Quidē afficis nos maximo, qđ excitandū nuncias
Similē tui mitē φιλόρθροπόρτε, qui nos leniter

Noſtri

Noſtri Dei ſermonibus docturus eſt. Sed obſecro, ut
Ediſſeras quo tēpore is uēturus eſt. Ad hoc enim
Poſt multa mundi ſæcla nunc mens noſtra anhelat
anxie.
Mo. Hæc mi pater non mox futura credito, ſed
poſtea.
Ad. Quando obſecro? Mo. Poſt multa tandē ſæcu-
la. Ad. Heu heu gnate mi
Poſt multa rurſus ſæcula? Mo. Poſt multa tandem
ſæcula. Hæ. Heu
Dolor dolor. Poſt multa rurſus ſæcula? tot tem-
pora &
Tot tranſiere ſæcula, neq; ſæculorum finis eſt.
O quàm beati in quos cadēt tot ſæculorū termini.
Mo. Præ cæteris mortalium plane beata lumina,
Aures, manusq;, quæ uidere, audire, contrectareq;
Promeruerint illū prophetā, ſemē illud Abrahæ,
Semen tuū, quod conteret ſerpētis antiqui caput,
Quod gratiam Dei adferet, qđ ſcribet & legem
nouam,
Legem ſuauem, legem amoris & paterni ſpiritus
In mentibus credentium, pandétq; regna cælica:
Verum haud ſtatim (ut prædiximus) tu iſtuc futu-
rum creduas.
Quod ante teſtamentum haberi non poteſt nouū,
niſi hoc

Quod conditum nunc eſt, uetus fiat, quo & cuſo neſcat hoc,
Et inde ſit nouo locus. Quare interim ſeruanda ſunt
Quæcunq; nobis præcipit ſeruandá lex. Maledictio enim eſt.
Obnoxius, quicũq; non ſeruauerit, quantumlibet
Difficilia uideantur hæc, factu quoq; impoßibilia.
Tantiſper experiri oportet quẽq; quàm ſit rigida lex
Dum conqueratur non deeſſe qui imperet, ſed qui impleat.
Ad. O uxor in quas incidimus anguſtias noſtrum ob ſcelus.
Hæ. Heu me, meum ob faſtum, gulam, & furtum. Ad. Omnium noſtrum quoq; ob
Inobedientiã, qđ in te omnes pater peccauimus.
Pari proinde pœna ad unum omnes ſceleſti plectimur,
Pariq; legis hoc iugo diſtringimur. Quis hui nouus
Tumultus hic? quis clamor hic? Ad. Cedamus uxor hinc procul,
Ne nos tumultus obruat————

ACTVS tertij. SCAENA quinta.
Verſus octonarij.

Populus

Populus. Aaron: Moyſes. Reus.

L———Egem Dei tuebimur.
Pop. Tuebimur, præuaricatores quoq; trucidabimus.
Pop. En Moyſes, quin' ſciſcitamur quo modo uiolator hic
Sit ſabbati torquẽdus, aut qua morte puniẽdus eſt?
Aa. Hic aliquis aut exoſus aut præuaricator legis eſt.
Mo. Præuaricatorem audio. Quo liberum fratres mei.
Ferro grauatum trahitis? Po. Huc ad te ducem populi Iſrahel.
Mo. Quid cauſæ habetis contra eũ? Po. Nobis iubebat Elohim
Diem tenere ſabbati, quem rebus hũc ſeruilibus
Violaſſe deprehendimus. Te ergo ſciẽtes iudicem
Legisq; ſacræ interpretem, hunc examinandum tradimus
Quo intelligamus pro ſcelere qua morte puniendus eſt.
Mo. Da gloriã fili Deo, quidnã patraſti criminis?
Re. Colligere ligna in ſolitudine deprehẽſus ſum miſer.
Mo. Quin' ueritus es legem Dei præuaricari & Tranſgredi?

Mox pe-

Mox pedibus eius compedes, manibusq; manicas indite,

Clathris deinde fortibus ſeruate ſultis hunc Dei

Iudicio, ut omnis populus audiat, quid hic deliquerit.

Nos ibimus uti conſulamus dñm in hoc negocio.

Po. Faceßimus, profer pedes. Re. Vos obſecro ne durius

Stringatis, heu non ſuffero. Po. Sufferre oportet pluria. Re. O

Po. Profer manus. Re. Nulla ne uiri miſeratio? Po. Nulla, patere. Re. O

Po. Huc huc in hos legirupio clathros. reuerſo Moyſe.

Tibi debitas pœnas dabis. Quid adhuc moræ?—

ACTVS tertij. SCAENA ſexta.

Iambici trimetri.

Aaron. Leuitæ. 2. Moyſes.

Q———Vis clamor hic? (hic?

Quis luctus in caſtris ſonat? Quis curſus

Le. a. Heu principes uiri. Aa. Quid ominis mali?

Le. b. Heu Nadab & Abiu filijs tuis male eſt.

Aa. Quid liberis mali accidit? Proferte dum.

Le. a. Extinctus eſt uterq;. Aa. Vterq; extinctus eſt?

Le. b. Corã Deo igni extinctũ utrumq; liquimus.

Aa. Qui id accidit? Le. a. Cũ eſſet litãdũ proh dolor

Vterq;

Vterq; thuribulum inſtruit, non heu ſacris,
Verum profanis & alienis ignibus.
Mox ignis erumpens ſacer eos deuorat.
Aa. Heu filij. Mo. Videto ne quicquàm mali
Tibi inferas, manus qđ unctæ ſint tibi
Chriſmate ſacro, ne & tu ſimiliter occidas.
Vos ite, idemq; alijs duobus fratribus
Eleazaro Ithamaróq; præcipite. Dein
Extincta flammis corpora eijcite foras
Suis operta lineis, procul Dei
A ſanctuario, ne in omnes has tribus
Furor Dei deſęuiat. Le. b. Curabimus.
Ac præter hæc nil aliud eſt quod effici
Decernitis? Mo. Nihil. Le. 2. Valete principes
Mo. Iam conſulendus eſt Elohim de ſabbato.
Aa. En gloria domini tabernaculum operit.

ACTVS tertij. SCAENA ſeptima.

Trimetri, & pauci dimetri.

Elohim. Moyſes. Lorarij. 2. Reus. Populus.

HEus Moyſes. Mo. Iuſte arbiter, uerax Deus.
Multæq; miſericórdiæ decernito
Quæ pœna quéue acerba mors huic uiro
Sit irroganda, ſabbatum qui polluit.
El. Morte moriatur iſte homo.
Ipſumq; populus Iſrahel
Foris lapidibus obruat.

Mo. Va-

Mo. Vadam domine tuumq; iudicium exequar
Lo. Ducendus eſt foras reus, adeſt Moyſes.
Mo. Vbi ſunt quibus cuſtodiendum tradidi
Legis Dei præuaricatorem? Lo. Adſumus.
Mo. Hominem ſceleſtum ſine mora producite, ut
Iuſtam Dei noſtri audiat ſententiam. Lo. Hem.
Præſto eſt domine, Dei audiat ſententiam.
Mo. Legem Dei præuaricatus es, ideo
Lapidibus obruendum & enecandum ab hoc
Populo Iſrahel iudice Deo pronuncio. Re. Heu
Heu dura lex. Quia legeram duo ligna uel
Tria morior. Mo. Redūdet hoc ſcelus in caput
Tuum ipſius, quo populus hic ſit innocens.
Producite. Lo. Hē. producimus. Mo. Nulli manus
Remiſſa ſit. lapidesq; primos inferant
Teſtes, deinde cæteri. Lo. Hem, teſtes ſumus.
Lapidesq; primi mittimus. uos ſequimini.
Pop. Nos ſequimur, & lapides ſecundi mittimus.
Mo. Vtinam perinde omnes colāt legem Dei, atq;
Ad uindicandum prompti & alacres ſunt. Age
Iam protoplaſtos denuo alloquamur, &
Foueamus aliquo territos ſolatio.
Aa. Foueamus, etſi ego mæreo. Legis Dei
Præuaricator iam neci propinquus eſt.
Eamus (inquam) ne meos quoq; liberos
Videam uoratos ignibus mox eijci.

En mi-

En miſer Adam.————

ACTVS tertij. SCAENA octaua.

Trimetri.

Adam. Hæua. Moyſes. Aaron.

Q————Vid mentis uxor eſt tibi in
Tantis malis, quæ audimus atq; cernimus?
Hæ. Quid mentis heu mihi ſiet, quæ filios
Video meos lapidarier, uel audio
Igni ſacro uorarier, quos illico
Videbimus (uti ſuſpicor) cadauerum
More eijci, a canibusq; dilaniarier.
Legem petentes heu necem popoſcimus.
Accedit hoc, quòd omnium primum iubet
Seruarier, ſe ut diligamus maxime,
Ex intimis præcordijs, affectibus,
Et uiribus. Qui diligamus obſecro hunc,
Qui non ſecus, ſuis ſubactum legibus
Populum rudem, ac uiliſsimos & ſordidos
Sibi canes cædit, flagellat, lancinat?
An non gygantes, qui fuere a ſæculo,
Sic opprimebant quoſq; per tyrannidem?
Et quid rigore ſunt adepti niſi odium?
Nũ beneuolentiam atq; amorem quiſpiam
Extorqueat tyrannide? Ad. Haud extorqueat,
Quiſquis ſiet mortalium. at qui nos ſumus,
Iuſtiſsimo ut reſpondeamus Elohim?

Oportet

Oportet uxor ei rebelles corrigi.
Nobis ſtudendum & omnibus probis, ut hanc
Legem colamus & impleamus ſedulo,
Quãtumlibet dura uideatur & aſpera,
Nunc primulum amplectentibus, dum ueniat is
Qui eius iugum ceruicibus noſtrum omnium
Tandem auferat. Aa. *Mi pater Adam.* Ad. *Quis loquitur hic?*
Aa. *Huc reſpice.* Ad. *Eia adeſte principes uiri*
Populi Iſrahel. Aa. *Quid mæſta facies eſt tua?*
Quid Hæua *mater lachrimas?* Hæ. *Neci datos.*
Ad. *Neci datos noſtros dolemus liberos.*
Mo. *Quid mi pater? Nonne ultro uolueratis &*
Legem dari, & præuaricantes argui?
Ad. *Popoſcimus fatemur, at non tam grauem*
Pœnam inferendam ſontibus putauimus.
Mo. *Nũ tibi grauis uidetur animaduerſio,*
Si plectitur preuaricans nece corporis,
Qui non erat modo corporis, ſed & animæ
Morti perenni obnoxius? Nũ tu putas
Deum tuo pro arbitrio fore iudicem, aut
Mitẽ, aut ſeuerũ, aut mediocrẽ? Certe *anima quæ*
Peccauerit Deo *ſuo, rea mortis eſt.*
Ad. *Non habeo quod reſpondeam miſerrimus.*
Sum namq; perditiſſimus, niſi ueniat is
Qui ſeruet & qui liberet. Conſidero

Quod

Quod ipſa lex aut proniores ad malum
Nos reddat, aut qđ ante peccatum mihi
Incognitum, incipiat modo innoteſcere:
O ter beati uos, Dei qui maximi
Eſtis miniſtri familiares, & quibus
Subin ore ad os mitißime loqui ſolet,
Quòd neutiquàm iratum Deum, quemadmodum
Nos, ſentiatis, ſed ſuauem & amabilem, ut
Modo eo frui uideamini, quod hactenus
Per multa mundi ſæcula expectauimus,
Nondúmq́; nobis præſtitum ingemiſcimus.
Mo. Falluntur ij qui nos beatos autumant.
Dicant magis longe omnium miſerrimos.
Perinde enim nos atq; uos legis iugo,
Morti, atq; peccato obligam: r, nec ſumus
(Vt uos putatis) liberi. Ad. Quin' liberi?
Tun' legis arbiter atq; diſpenſator es?
Tun' abſq; peccato neci uitæ imperas?
Mo. Vt imperemus tum ſcietis, cum ob meam
Iram atq; diffidentiam didiceritis
Me morte damnandum, ſepeliendum quoq; in
His montibus, longe a ſolo, quod lacte, quod
Et melle abundat, diſsitum. Ad. Ob quam tuam
Culpam atq; diffidentiam? Mo. In caſtris tibi
Recitabo, & alia pluria. Ad. Hui. quid audio?
Gemitus nouus cladem nouam ἐν παρεμβολῇ

Plane indicat. Vocamur intro, ut (ſi queat
Fieri) malum pellamus a populo imminens:
Ad. Quod denuo heu populo Dei imminet malum? ut
Præſens malum ſemper ſequentis initium eſt.
Luſtremus Hæua περίβολον tantiſper hoc,
Dum certius plagæ indicetur acerbitas.
Nam mage magiſq; dolentium uox perſonat
Hæ. Heu perſonat. Te ſequor Adame quo uoles,
Quod uſq; deſolatio, nec uſpiam ſalutis eſt
Veſtigium, ſed ubiq; mortis plurimum.
O ſi meus tuus ue Genius adſtet,
Qui (ut ſolitus) aliquid adferat ſolatij
Et explicet, quod omiſimus nuperrime
Rogare, de Manna dato myſterium.
Euax Adam, inſperato adeſt Genius tuus,
Iam ſciſcitare nuper id quod omiſimus.
Ad. Memorem mones, interrogabo———

SCAENA Interiectitia. verſu
Tetrametro.

Adamus. Genius.

O———— *Pt ato ades*
Noſtræ ſalutis anchora, atq; Poſt Deum ſpes unica.
Ge. Adame ſaluus es. quid eſt qđ anxie aduentum meum

Deſider

Deſideras, dudum q̄d adſuerim tibi atq; inſtrux-
erim?
Ad. Omiſeramus ſciſcitari domine mi myſterium.
Quod (obſecro) dolentibus nunc explices. Ge.
Qd̄ illud eſt?
Ad. Guſtare cupimus & uidere, quem Deus po-
pulo ſuo
Panem dedit cælitus edendum, ut audio, & quid
myſticos (mo
Significat, Haud enim uacat myſterio, uelut autu-
Ge. Bene autumas: qd̄ panis hic typum gerat uer-
bi Dei,
Dei tuiq; ſeminis. Nam uerus ille futurus eſt
Panis, qui ab æthereo patre huc demiſſus omni-
bus in eum
Credentibus uitæ cibus futurus eſt, nam qui ederit
Ex pane eo, nunquam uidebit mortem amarā &
horridam.
Ad. At pane ſi ueſcamur hoc, num quid ſalutis ad-
feret?
Ge. Vobis nil ueræ ſalutis adferet, Qui manna
enim
Veſcuntur hoc, in hac eremo pariter omnes occi-
dent.
Ad. Non mihi licebit typicon hunc guſtare panem
& coniugi?

Ge. Quin liceat hoc, quod aduenæ Iether liceti pueros uoca.

Ad. Heus pueri adeſte. Denuo ſe proripit.

SCAENA altera Interiectitia.

Booz & Iſachar, pueri. 2. Adam. Hæua.

Q———————Vid eſt pater?

Ad. Quid corbis hic tuus puelle continet?

Bo. Vide pater.

Ad. Manhua? Bo. Lehem. Ad. Nũ panis hic? Bo. Hic panis eſt, quem hodie Deus

Nobis edendum, deſuper cũ rore lapſum tradidit,

Menſuram & hanc utriq; noſtrum iam pater demenſus eſt.

Ad. Dic mi puer, menſura par per ſingulos diſtribuitur?

Bo. Gomor datur per ſingula capita. Ad. At quid ſi minus ſufficiat hæc

Robuſtioribus uiris? Bo. Qui minus habet non deficit,

Nec abundat is qui plus habet. Ad. Res mira. uerum hac forma, & hoc

Colore ſingulis diebus mittitur? Bo. Habitus, color,

Sapórq; conſtans permanet. uerũ ſi in alterũ diẽ

Parcus reſerues, conputreſcit & ſcateſcit uermibus.

Ad. Quid

Ad. Quid audio? Bo. Id quod res pater. Ad. Coriandri adæque ſemini
ſimile eſt minuto & candido. Sed quis ſapor? Bo. Dulciſsimus.
Guſta pater aliquantulum. Ad. Hem. Bo. Plus accipe. Ad. O dulciſsimum
Super omne mel uel ſaccarum. Cum tāta ſit typico cibo
Suauitas, quanta uxor erit in pane uero et cælico?
Hæ. O quanta erit. Nū mihi licet quoq; ueſcier? Ad. Guſtes licet.
Hæ. Tu quoq; puer da mihi parū ex calatho tuo, ut guſtem precor.
Iſa. Nolo. Hæ. Parum. Iſa. Nil obtines. Hæ. Quare puelle? Te obſecro.
Iſ. Putas anus tibi dabo uorandum Man meū dulciſsimum,
Vt ego egeam? Hæ. Quantū tribus digitis queam prehendere. En
Donabo te puer aureis crepundijs, crepitaculis,
Statiunculisq; AEgyptijs. Iſ. Da & accipe. Hæ. Hem. Iſ. Ede Man meum. Hæ. En
Digitis tribus. Iſ. Cape adhuc tribus. Hæ. Sat eſt puer. Sint tua tibi.
Noſtris fruere iocalibus. Vere omne mundi delicium

Hic panis in ſe continet. Sed dic puer, num tua tibi
Matercula & fratri tuo hinc alia coquit cibaria?
Iſ. Quidni? Subin frangit mola, ſubin terit mortario, &
Coquens in olla tortulas nobis parat dulciſſimas.
Redito, guſtandas tibi cras adferam. Hæ. Haud neceſſe erit,
Reuertere ad materculam. Iſ. Booz booz. Bo. Quid Iſachar?
Iſa. Panis mei quantum tribus digitis ualebat premere, huic
Tanti mulieri uendidi. Bo. Hoc puer improbe hoc donum Dei
Diuendis? abeamus domum, meritas lucelli huius patri
Pœnas flagrio daturus es. Iſa. Tun' denuo iſtuc deferes?
Bo, Quin deferam tam ſerdidum? Iſ. Heu. lucrum libens tibi diuidam.
Bo. Non capio. Iſ. Totum uendica. Bo. Non uendico, ſequere domum. Iſ. Heu.
Hæ. O quanta poſt in pane uero menti erit ſuauitas,
Si tanta nũc in typico Adame corpori dulcedo ſit.
Ad. Profecto coniux maxima, liceat modo experirier.

Reſi-

Reſiduum SCAEN. octa. Senarij.

He. Atat, hui quid hoc? quid ſtipes hic erectus eſt?
Quid alligatum habet colubrum penſilem?
Quid eum ægri adorant, atq; aſpectant ſupplices?
Idololatras num uidemus denuo?
Ad. Nequaquã, at accedamus, ut ſciamus certius.

SCAENA nona. Octonarij.

AEgri.4. Adam. Hæus.

Heu heu dolor, ſuccurre mi Deus Abrahã, ſuccurre mi.
Ad. Dic quiſquis es, cur ænei colis colubri imaginem, &
Cur eiulas? AEg. Ob murmur heu noſtrum, ob laboris tædium, &
Ob cælitus panis dati faſtidium, Deus igneis
Lethalibusq; morſibus ſerpentium nos punijt.
At pænitentibus omnibus Moſes iubebat erigi in
Ligno colubrum hunc æneum, atq; aſpectus eius ſedulus
Confert medelã lãguidis. Iamq; ego ſalute gaudeo.
AEg.b. Ego quoq; ſalute gaudeo. AEg.2. Et nos liberi nece uiuimus.
Ad. Hæc mira quæ portenta, quæ prodigia, quæue ſigna ſunt?
Non abſq; cauſa huiuſmodi populo ſuo Deus exhibet.

Hæ. *Adſit utinã utriuslibet noſtrum Genius ut ex-*
plicet. *(him,*
Ad. *Adeſt tuus Magnus agamus gratias ſimul Elo-*
Qui non deeſt fidentibus ſibi, atq; ſe petentibus.
Te uxor petit, tãtiſper hinc ſecedo, dũ te deſeret.
Hæ. *Tum mox redi.*————

SCAENA decima. Senarij.

Genius. *Hæua.*

S———*Alue.* *Hæ.* *Salute nil prius.*
Ge. *Niſi ſigna uel portenta crebro cernitis,*
Non creditis. *Hæ:* *Culpam fateor, at obſecro ut*
Quid anguis hic portendat æneus explices.
Non fruſtra enim colendus hæc ſuſpenditur.
Ge. *Quia non nihil ſolatij cliens mea*
Tibi me daturam credidiſti, hæc accipe
Hic ſeminis tui Hæua ſerpens eſt typus.
Quòd ut hic per omnia ſine ueneno eſt æneus,
Sic ſolidus ille & abſq; culpa erit innocens.
Vt pendet hic alto alligatus ſtipiti,
Ita & altus ille hærebit affixus cruci.
Et ut hic ueneno ſaucios ſerpentium
A morte ſeruat intuentes liberat,
Ita & ille ab antiqui colubri morſibus
Fide intuentes liberos ſeruabit, ut
Ceſſante morte, ſalute in æuum gaudeant.
Hæ. *O hactenus deſiderata ſalus mea,*

Quando dabitur mihi potitæ te frui?
Ge. Fruere fixis terminatis ſæculis.
Hæ. Dic mi patrone, quando terminanda ſunt.
Ge. Accede Moſen intro cum uiro tuo,
Scenaſq; contextas duas conſidera.
Nam quàm diu ſteterit prior (quæ ad tempus eſt
Correctionis ordinata, ad κοσμικὸν
Ritum atq; cæremonias) quã quotidie
Licet ſacrificis ingredi, ſecunda quę
Semen tuum, uerum ſacerdotem ſemel
Suſcipiet, ut ſeſe offerat per ſpiritum, ad
Veſtrum omnium redemptionem perpetem,
Ocioſa erit. Verum abolita priore, erit
Sequens tibi & tuis ſalutari uſui.
Hęc indica uiro tuo, & παρεμβολὴν
Mox introgreſsi ſingulos ritus ſacrorum
Et ceremonias, tabernacli quoq;
Multiiugam compoſitionem ac ueſtium.
Arcam auream, cãdelabrum, cum panibus
Menſamq;, & altare thymiamatis aureum,
Quę omnia typum dandæ ſalutis præferunt,
Quàm tranſito Iordane poſt uidebitis.
Hæ. O mea ſalus, o quando mihi uideberis?
Heu quo patronus nunc meus ſe proripit?
Relicta ſola ubi maritum reperiam?
Eccum uirum doloris haud tolerabilis.


SCAENA vndecima. Senarij.

Hæua. Adamus. Moſes.


VIr ſaluus es. Ad. Salue uirago plurimum.
Si quem attulit Genius ſalutis nuncium
Mihi indica. Hæ. Salutis admirabile
Portendit anguis hic æneus myſterium,
Quod mox tibi intus dixero. Quid hoc ſibi
Vult? Moyſes iam denuo ſit obuius.
Ad. Fortaſſe in hoc moratus eſt, ut intro nos
Vti uoluerat ducat comes. Mo. Quid obſecro eſt
Quòd diſtuliſtis me aſſequi? Serpentium
Vbi morſibus medelam adhibuit Elohim,
Ad nos reuerti denuo, ingrediamur, ut
Poſt δεκάλογον, iudicia ceremoniasq;
Exaudiatis, & ſciatis quæ mihi
Conſtanda, texenda, extruendaq; Elohim
Monſtrauit, & ſeſe figuris myſticis
Tandem adfuturum cum ſalute prodidit.
Ad. Ad hanc ſalutis mentionem illachrimor.
Prei, ſequor, ſequere Hæua. Hæ. Vix lachrimæ ſinunt.
Sequor tamen ſalutis ob uocabulum.
Cuius utinam ueſtigium aliquod reperiam,
Vt lachrimis his moderer & mæroribus.
Ad. Vtcunq; ſit, tamen Elohim uel lugubre
Canamus inter inambulandum canticum.

CHORVS.


CHORVS. Verſu Anapeſtico.



O quanta uoluptas, quanta quies, Et quan-



ta ſalus homini a Plaſte Collata fuit,



ſed honoratus Vti iumentum ſe iecit humi.
Intercala. Pulſum paradiſo hominē flemꝰ.

O Quanta uoluptas, quanta quies,
Et quanta ſalus homini a Plaſte
Collata fuit, ſed honoratus
Vti iumentum ſe iecit humi
Pulſum paradiſo hominē flemus. Intercalaris,
Nam conditor ipſe priuſquàm hominem
Formaret, opus quo pulchrius haud.
Fieri queat extruxerat, in quo
Logicas mentes poſiturus erat

Pulſum

Pulſum paradiſo hominem flemus.
Terram in medio fecit ſtabilem,
Elementa cui circumpoſuit,
Tria, ponton, & aera, & æthera, & his
Planetarum ſphæras ſeptem.
Pulſum paradiſo hominem flemus.
At in editiore loco terræ
Paradiſon amænam plantauit,
In qua formatum hominem poſuit
Quo immortalis frueretur ea.
Pulſum paradiſ.
At cum fœlix in honore foret
Bona iuſſa Dei male ſpreuit, & ad
Has ærumnas morteſq; ruit,
Procul a paradiſi delicijs
Pulſum paradiſ.

Perſonæ dramatis Actus quarti.

Protoplaſti. 2.	Eſaias.	prophetæ
Genij. 2.	Hieremias.	
Dauid. rex puer.	Ezechiel	
Goliath philiſtæus	Daniel	

ACTVS quarti. SCAENA prima.

Verſus Iambici trimetri.

Hæua. Adamus.

NOn terminanda Adame tandem ſæcula
Poſt quæ Deus ſemen ſacrum ſibi unicũ ex

Me filiũ

Me filium miſſurus eſt? qui perditis
Mortalium rebus ſalutem conferat?
Quod myriadum zelo Dei cadauera
Proſtrata per eremum iacent terra obruta?
Quot poſtea Iordane tranſitu mala
Et uidimus mi Adame, & ipſi ſenſimus?
Quot ethnicorum Ioſue ſtragem edidit?
Sic Iepte, Sampſon, Aioth, Hierobaal, Saul,
Quot impios triuere dudum cladibus?
Sic Sebee, Zeb, Siſara, Iabin, Anon
Populo Dei quantam intulere tyrannidem?
Quot cæſa utrunq; milia hoſtili manu?
Quorum licet plures fuerunt impij,
Nequit tamen materna mens quin lugeat.
Ad. Tædet etiamnũ animam meam uitæ meæ
Verum cauendum ne quemadmodum Iſrahel
Obmurmuremus Elohim, & ſerpentium
Quoq; morſibus tradamur enecantium,
Alijs ue plagis plurimis. Nam iuſtus eſt
Dominus Deus noſter, nec in eo iniquitaſt⁹:
Sed cuncta quæ nobis mala hactenus intulit,
Rigore iuſto hucuſq; nobis intulit.
Sileamus ergo, & quid ferat ſolatij
Vtriq; noſtrum Genius audiamus. Eccum,
Vterq; adeſt. Hæ. Aduentus eſt gratiſſimus.
Hoc maxime, qđ certiores faciet is

Vtrũq; de Dauide Ieſſe filio,
Quẽ pro Saule regem inunctum audiuimus.

ACTVS quarti. SCAENA ſecunda.

ut ſuperiores Trimetri.

Genij 2. *Adamus.* Hæua.

SAluete. Ad. Salue. Ge. Adhuc uidemini mihi
Ferre minus æqua mente iudicia Dei,
Et ultionem facinoroſis debitam,
Et prorogata ſæculorum tempora.
Ad. De utroq; non ceſſamus ingemiſcere,
Quamuis ſciamus iuſtum & æquum iudicem.
Ad alterum natura nos impellit, atq;
Ad liberos pie afficit deperditos.
Ad alterum uehemens ſalutis propriæ
Nos mouet amor, dilata plorans ſæcula,
Poſt quæ pijs ipſam adfuturam credimus.
Ge. Non eſſe uera in liberos pietas poteſt,
Quę nutui Dei atq; iuſtis legibus
Contraria eſt Deinde cum ſanctiſsimo
Iſrahele adhuc morandum erit σωτήριον
Ad deſtinata tempora. Hæ. Eheu tempora
Tandem ne finis temporum? Nũ multa adhuc
Numeranda nobis ſæcula? Ge. Non multa, quòd
Iam ſæculorum effluxerit pars maxima
Veruntamen nonnulla adhuc ferenda ſunt.
Vix ſeptuaginta hebdomadas hæc unctio

(Quã

(Quã nuper in Dauide Ieſſe filio
ſpreto Saule dominus auſpicatus eſt)
Durabit. Et deinde poſt uidentium
vatumq;(ſuccedentibus ſub regibus)
Sacerrimorum oracula Babilonius
Puer, immo uir ἐπιθυμιῶν, uaticinio
Suo quod hebdomades reſiduæ erunt canet.
Hæc uerba & indubitata ſunt, & uera ſunt.
His interim uos mutuo ſolamini.
Hæ. Solare nos aliquantulum, minus tamen
Multo, atq; credidimus, quòd in Dauide (quem
Ephebum adhuc audiuimus, qui ex ſemine
Noſtro unctus eſt ab Elohim, qui Chriſtus eſt,
Qui Meſchiah) nobis ſalus ſperanda ſit.
Gen. Nihil hic tibi ueræ ſalutis adferet.
Hæ. Quid ergo id eſt, quòd Elohim inueniſſe ſe
Dauidem Ieſſe filium dicit uirum
(Vt Samuel cecinit) ſecundum cor ſuum?
Quid ipſe quotidie puer de ſe canit,
Inueni Ieſſe filium ſeruum meum,
Sacroq; meo oleo unxi eum, Manus mea
Auxiliabitur ei, & roborabit brachium,
Non hoſtis illi præualebit, & impius
Illi nocebit neutiquàm, cum cæteris
In hunc Dei ευλογίαις? Ge. Adhuc prophetica
Tibi clauſa ſunt myſteria. Hic ueri typum
Chriſti

Chriſti geret, non Chriſtus ipſe uerus eſt,
Qui cum ſalute cælitus promiſſus &
Mittendus eſt. Si iure iurando Deus
Dauidi promiſit ſuo, quòd ipſius
Ex femore tandem naſciturum filium,
Regno & throno impoſiturus eſſet, utiq; non
Eſt Chriſtus hic, ſed uirga, de qua tempore
Prædeſtinato Chriſtus efflorebit, &
Aſcendet, omnibus altior præ regibus
Floriſq; fructus erit ſalus quam poſcitis.
Hæ. O ſæculis tot expetita adſit ſalus.
Sed Dauid ut Chriſti typum gerat explica.
Qui puer adhuc Chriſtum figuret neſcio.
Ge. Vidiſtin hunc ſpurium uirum qui prodijt?
Hæ. Et uidimus & expauimus. Ge. Hic Behemoth,
Sathana, Leuiathánq;, ſerpentémq; eum
Et tortuoſum & callidum, qui tibi tuiſq;
Poſteris cum miſeria necem attulit
Significat. Hæ. Horreo & doleo. Ge. Sile parũ. hũc
Quemadmodum imbelli manu fortis manu &
Puer humilis, ſternet ſuperbum ac Martium,
Sic Chriſtus humilis, innocens, circundatus
Infirmitate carnis, improbiſſimum &
Validiſſimum baculo crucis fortiſſime
Sternet diabolum, eiq; conteret caput.
Hæ. Allegoria pulcherrima eſt. Sed qui puer

Hanc

Hanc beluam ſternere queat, quam tetus hic
Exercitus munitus haſtis expauet?
Ge. Valida in deum fide queat. Hæ. Valida fide?
Ge. Fide in Deum ualidiſsima. Hæ. Heſito. Ge. Ne
time.
An non fide Moſes Erytreum mare
Ingreſſus eſt, & tranſijt? Hæ. Ita. Ge. An non fide
Ierichontos alta conciderunt mœnia,
Et Ioſue inter hoſtium innumeros duces
Seruatus eſt? Hæ. Seruatus, & uictoriam
Populo Iſraheli adeptus eſt ampliſsimam,
Immotus ut tunc phœbus iſte teſtis eſt:
Ge. An non fide Iahel. Hæ. Viraginem audiam.
Ge. Sile. Haud enim de ſingulis ſibi proprium
Nunc audies encomion. Hæ. Perge, ſileo.
Ge. An non fide Delbora, Iahel, Hierobaal,
Samſonq́; de ferocibus tum barbaris,
Tum beſtijs fortes triumpharunt? Hæ. Fide
Profecto, ut ipſa uidi, & æther teſtis eſt.
Ge. Fide ergo Dauid haud minori gloria
De hoc barbaro iamiam triumphaturus eſt.
Hæ. Valida eſt fides, ſed hic admodum puer eſt. Ge.
At hic
Puer perinde cum leonibus, atq; cum
Agnis ſubinde luſitat. quin & ferarum
E faucibus pecude eruta, ſeuiſsimos

Leonem & urſum fuſte ſtrauit querneo. Hæ. Hem.

Go. *En tibi uirum.* Hæ. *Adoleſcẽtulum uideo.* Ge. *Virum*
Videbis. Hæ. *Ad quid arma puero regia?*
Ge. *Prætentat ipſa num queant fore uſui.*

ACTVS tertij. SCAENA quarta.

Trimetri.

Dauid. Hæua. Genius. Goliath.

HAEc *arma non meis quadrabunt uſibus.*
Quòd *neutiquàm ſint apta noſtris artubus.*
Sua Rex *habeto, ego utar aſſuetis mihi*
Hæ. Quid *nunc ſpei? arma ponit, atq; lympidos*
Ex alueo torrentis in peram ſuam
Lapides legit. modo quinq; habet. fundam capit.
Baculum rapit. Procedit *& fera belua.* Hui.
Omnes ſtupent, omnes pauent, paueo & ego
Quàm maxime. Qui *poſſiet tantillus hic*
Tanto antagoniſtæ cataphratto quoq;
Ἄνοπλος *puer concurrere?* Quid *enim queat*
Fundæ lapis (dic quæſo) contra caſſidem.
Loricam, & ocreas graues? Quidue baculus
Aduerſus enſem, ſcutum, & haſtam bellicam?
Ge. *Multum queant, modo tu queas confidere*
Hæ. *Plus fiderem ſi paribus armis fligerent,*
Si æuo pari, paribúsq; uiribus forent.

Ge. Vbi

Ge. Vbi ſtulta nunc fides tua, paradigmatis
Tot roborata priſtinis: Voca uirum.
Videbitis in incredibilibus maximam &
Miram Dei potentiam. Hæ. Heus Adame ades.
Heu me relinquit dum uoco Genius meus.

ACTVS quarti. SCAENA quarta.

ut ſuperiores.

Hæua Adamus Goliath. Dauid.

Q*Vid hic tibi eſt animi, quid & fiduciæ?*
Ad. Parũ admodũ mihi foret, niſi maxima
Virtus Dei ex geſtis pateret priſtinis.
Hæ. Quid cernimus? Procedit in campum pugil.
Imberbis, & prior in duellum prouocat
Geriona uaſti corporis. Deſcendit &
Tricorpor ille faſtuoſus in aream.
Nunc iacta pugnæ eſt alea. Tibi det puer
De hac belua uictoriam Deus tuus.
Heu ſpes ſalutis Adame in hoc fruſtrabitur.
Ad. Fretus fide uxor præualebit, fidito.
Hæ. Paueo admodum. Ad. Fide. & ſile. Gol. Num-
quid tibi
Videor canis, quem baculo ad arma prouocas
Et lapidibus? Da. Non te canẽ, ſed multo adhuc
Te uiliorem iudico. Go. Te ſtrangulent
Melchon, Chamos, Beelphegor, Baal, Aſtaroth,
Beelzebub, Dagon, Moloch uiliſſime,

Ades, dabo carnes tuis uolucribus,
Vel deuorandas beſtijs. Da. Tu ad me uenis
Inſtructus haſta, enſe, clypeo, & panoplia,
At contra ego in nomine Dei ſabaoth, Dei
Iſrahel uenio te contra alacer in prælium.
Cæſoq; capite haud tu meas, ſed ego tuas
Carnes, tuiq; exercitus dabo beſtijs
Terræ uorandas & uolucribus aeris.
Quo omnes ſciant gentes per orbem, q̄d Deus
Iſrahel, cui modo exprobraſti, ſit Deus
Verus, fide ſeruans ſuos, non enſibus
Aut lanceis. Præſta uirum quantum uales,
Inſtar canis ue (ſi libet) ringe aut fure,
Tu neutiquàm manus meas euaſeris.
Hanc fundam & hos nodos habebis obuios.
Go. Vah ſordide Deus Iſrahel uires ſuas
Tecum uniuerſas exerat. Te beſtijs
Omnesq; Appellas deuorandos traduam.
Hæ O Elohim Dauida noſtrum protege.
Goliath enim haud ſecus ac leo graſſatur. Ad. At
Feſtinat ex aduerſo, & occurrit puer
Non ſegniter. Fundæ ſuæ nunc lapideam
Glandem indidit. Bene eſt. glandem Dei
Dextera regat. Hæ. Sed uibrat horrendum nimis
Haſtam ſuam Goliath. Ad. Sed ictum alacrior
Puer effugit. Fundā rotat. Hæ. Regat hanc Deus.

Euge.

Euge. Ad. Euge. habet. per caſsidemq́; infixus eſt
Fronti ſilex, nutat, labat uertigine.
Pronus iacet, pedesq́; longos porrigit.
Accurre uictor, occupa, ne te occupet,
Molitur etenim ſurgere. Go. AE. Hæ. Gladio ca-
Ad. Accurrit, et ſtratū pede premit altior. (ret.
Gladium rapit recalcitranti, & ſquallidam
Craſſamq́; ceruicem petit, tranſuerberat.
Hæ. Euge, euge, iam caput impij uictor tenet.
Da. Soli Deo fortiſsimo ſit gloria.
Iſrahel fugaces perſequere nunc barbaros.
Ego ſacrilegi caput hoc uiri regi offeram.
Ad. Macto pueri uirtute. debetur tibi
βράβειον, & promiſſa regis filia.
Hæ. Quis credidiſſet, quis ue ephebo gloriam
Tantam ſpopondiſſet ſua ex uictoria?
O utinam Adame ſeminis noſtri, quod ex
Dauide tandem pullulabit, in aſpidem
Pugnam parem uideamus & uictoriam
Ad. Sperandum id eſt. Hæ. Sperandum, ut expli-
cuit mihi
(Quinquàm minus ſtabili in fide) Genius meus
Ad. Et mihi diſſeruit ipſum identidem. At
Væh utriq; noſtrum, qđ ita ſumus increduli. Hæ.
Heu.
Ad. Denuo utriuſq; noſtrum adeſt Genius, cui

Sacer prophetarum cuneus adiunctus eſt.

ACTVS quarti. SCAENA quinta.

Verſus partim tetrametri partim trimetri.

Gen. 2. Adamus. Heua. Eſaias. Hieremias. Ezekiel.

ADducimus uobis prophetarū chorum, quo certius
Certo audiatis quam ſalutem ſæculo ſemen pium
Iam deſtituto conferet, uti ſpiritus afflati Elohim
Vobis ſuo iam concinent oraculo. Eſa. Salue pater
Et protoplaſte plurimum, tuq; omnium uiuentiū
Veneranda mater ſalua ſis. Ad. Saluete filij mei
He. Salui eſte gnati ſinguli. Ad. Nos omnium miſerrimi
Vos obſecramus, quos ſuo Deus repleuit ſpiritu,
Vt ſi qua ſpes noſtræ ſalutis reliqua ſit Dauidico
E ſtemmate, eloquamini, triſtésq; nos ſolemini.
Eſa. Hæc inter alia predicare me iubet Dominus Deus.
Nobis puerulus natus eſt, & filius
Nobis datuſt. Multiplicabitur illius
Quoq; principatus, atq; pacis non erit
Finis. Super thronum Dauidis, & ſuper
Regnum illius ſedebit, ut confirmet in
Iudicio & in iuſtitia in omnia ſæcula.
He. Nū puerulum qui natus eſt, ex ſemine Dauidis

Dauidis ortum credimus? Schlomón ne is eſt?
An alius hunc Dauidis occupet thronum?
Eſa. Pacificus ille figura tantum Chriſti erat,
pacisq; regnum poſt futurum is indicat.
Nam uirga de radice Ieſſe prodiet,
Eiusq; de radice flos aſcendet, &
Domini Dei ſuper hunc quieſcet ſpiritus.
Hæ. Non capio quænam proditura uirga ſit.
Num regium inquis filium? Eſ. Non filium.
Quia ecce uirgo concipiet, & filium
Pariet, uocabiturq; nomen illius
Emanuel. Ad. Dauidis ergo filiam
Virga indicat, flos uirginisq; filium.
Hæ. Ergó ne Deus nobiſcum erit coniunx meæ?
Ergóne ſine patre ex matre carnē aſſumpſerit?
At quando uates hæc futura prædicat?
Quem namq; natum dixerat, iam tempore
Mutato eundem naſciturum præcinit.
Ad. Sile uxor, hæc qđ temporis tranſſumptio,
Signum eſt prophetis uſq; certitudinis,
Hæc ne minus ſperanda quàm ſi facta, ſint,
Sed certa ſint perinde quaſi præterita ſint,
At quo modo populum ſuum (dic obſecro
Si ſpiritus tibi ſuggerit propheticus)
Seruabit hic. Num regio munimine,
Præſidio, & armis bellicis Leuiathan hunc

Generis mei hoſtem callidiſsimum queat
Conterere, quem mortalium nemo hactenus
Aut uiribus ſuperauit aut induſtria?
Eſ. Vidimus eum, nec erat ei forma aut decus,
Sed eum putauimus ut leproſum, & a Deo
Percuſſum & humiliatū. At ipſe propter nos Scat.
Propterq; noſtra ſcelera uulneratus eſt.
Eiusq; ſanati ſumus liuoribus.
Omnes perinde atq; pecudes errauimus
Et omnium peccata noſtrum illi Deus
Impoſuit, atq; ut uoluit ipſe oblatus eſt,
Et non aperuit os ſuum. Nam uelut ouis
Sine uoce mitis ad immolandum ductus eſt,
Coramq; tondentibus ut agnus mutuit.
Propter ſcelus populi mei percuſsi eum,
Morti ſuam uitam dedit, cumq; impijs
Reputatus eſt. Ad. Iam cernimus tandem, quibus
Armis uafer Leuiathan expugnandus eſt.
Profecto amara morte noſtri ſeminis.
Hic hamus eſt, quo quondam Iobus aſpidem
Leuiathan hunc capiendum, & armilla illius
Malas forandas dixerat, Nam ex linea
Eatenus mortalium geneſeos hic
Pendebit hamus, donicum carnem uorax
Seſe uorare exiſtimabit Meſchiæ, &
Diuinitate falſus ſtrangulabitur.

He. Eheu,

Hæ. Eheu, dolores ipſe noſtros perferet:
Quæ poma ab arbore uetita nos rapuimus,
Hic innocens qui non rapuit exoluet, &
Neci ut eximat nos. ipſe mortem obiturus eſt?
O uere ineſtimabilis dignatio
Dilectioq; mi uidens. Sed te obſecro
Tantam ſuis quando exhibebit gratiam?
Eſa. Propinquus eſt aduentus eius, & dies
Non differentur illius. quod certius
Daniel propheta ediſſeret. Ad. Solatur id
Nos haud parum. Dic Hieremia prius tuum
De Meſchiæ natalibus uaticinium.
Quod mira te ceciniſſe ſuper his prædicant.
Hie. Nouum creauit Elohim ſuper aridam
Circundabit fæmina uirum. Hæ. Vere nouum.
Quod mulier haud uirum, at puellum concipit.
Te nunc Iezekiel rogamus ut tuo
Solere nos oraculo. Iez. Dominus mihi
Locutus eſt. Hæc porta ſanctuarij
Serata ſit, nec uir per ipſam tranſeat.
Quia Deus Iſrahel per ipſam ingreſſus eſt,
Eritq; clauſa principi. Princeps enim
Et ingredi per eam ualebit & egredi.
Hæ. O ſacra porta uirginei uteri, uiro
Clauſa, at duci ante poſtq; partum peruia.
Valete nos uiri beati præ omnibus

Mortalibus, quibus Deus ſua prodidit
Myſteria. O ſi modo puer babilonius
Daniel adeſſet————

ACTVS quarti. SCAENA vltima.

Trimetri.

Heua. Daniel. Adam.

H————Ic quis eſt? Daniel ne tu?
Quis (inque) te ex Babilone ad hæc loca
tranſtulit?
Dan. Quis rapuit hinc mater capillis Abacuc in
Babilona, & illinc me cibato quiſputas
Niſi angelus Dei mei reduxit huc?
He. Scio. Forſan & Genius meus te adduxit huc.
Dan. Potuit quidē, ſed mater age dic quid uelis.
He. Cum te ſciam diuinum habere ſpiritum,
Et generis humani ſalutem querere,
Daniel ἀνὴρ ἐπιθυμιῶν nobis cane,
Quo tempore hoc quod queritur σωτήριον
Semen meum promiſſum utriq; primitus
Naſcetur, & mundo ſalutem conferet.
Dan. Mihi Gabriel deſideranti hæc prodidit.
Iam ſeptuaginta hebdomades urbi tue &
Populo tuo abbreuiantur, ut remiſſa ſit
Tranſgreſſio, abolita iniquitate ſalua ſit
Iuſtitia, & ungitur cadeſch cadeſchim, ideſt,
Sanctus ſus qui ſanctitate cæteris


Præſtabit,

Præſtabit, atq; ſanctitatem conferet.
Annis quadraginta nouem templum Dei
Reparabitur, & Hieruſalem inſtaurabitur.
Poſt ſeptimanas ſexaginta & adhuc duas
Seruator occidetur ipſe Meſchiah,
Firmabit & pactum ſuum hebdomade unica.
Valete. rapiar in Babilona denuo.
Ad. Quid Hæua in his uerbis tibi ſolatij?
He. Quãquàm hebdomades hæ ſeptuaginta mihi
Videntur, & ſunt, longa quædam ſæcula,
Nihilominus uir unus hic plus omnibus
Me myſtico hoc oraculo ſolatus eſt.
Qui ἑβδομάσιν annorum ue ſeptenarijs,
Quãtumlibet multis, mihi ſpem roborat,
Et fluctuantem certiorem reddidit.
Numerabimus etenim quadringentos adhuc
Et nonaginta annos, ſalusq; preſto erit
Mihi tibiq; & omnibus mortalibus.
Ad. Sic uxor eſt. Sed inuocandus Genius eſt,
Quo hebdomadas has utriq; clarius explicet.
Vatem uel hunc ſequamur uſq; in Perſidem,
Inde redituri in hos locos, ubi fuerint
Completa tranſmigrationis tempora,
Quæ proh dolor durauit annis pluſculis.
He. Sequamur. & fortaſsis in Chaldæa erit
Vates Iezechiel, uel alius quiſpiam,


Qui

Qui nunciet nobis ſaluti proxima,
Noſtroq; det finem dolori & luctui. Heu.
Ad. *Quo mitigemus lachrimas, canamus haud*
Sine lachrimis Dauidis *oden, filijs*
Chore canendam traditam. Hæ. *placet, incipe.*


CHORVS. Verſu Anapeſtico.



Velut ad fontis ceruus gelidas Laßus



ſitiensq; aſpirat aquas , Sic te Deus *atq;*



ſalutiferum Sitit aduentũ mẽs noſtra tuũ.
Repet. *Dilata ſalus lachrimare iubet.*

V*Elut ad fontis ceruus gelidas*
Laßus ſitiensq; aſpirat aquas,
Sic te Deus *atq; ſalutiferum*
Sitit aduentum mens noſtra tuum.

Dilata

Dilata ſalus lachrimare iubet.
In ſemine noſtro uera ſalus
Abs te nobis in principio
Mundi naſcentis, & inde Abrahæ,
Poſt Dauidi promiſſa fuit.
Dilata ſalus lach.
Nobis igitur pater omnipotens
Oſtende tuum patrium affectum
Gnatumq; ſalutiferum miſeris
Tandem (rogitamus) ut exhibeas
Dilata ſalus lachr.

Dramatis perſonæ in quinto Actu.

Protoplaſti 2.	Abra famula
Genij 2.	Gabriel archangelus
Simeon ſenex.	Ioſephus ſponſus
Zacharias ſenex.	Elizabeth anus.
Mariam. uirgo.	Epilogus.

ACTVS quinti. SCAENA prima.

Verſus Iambici tetrametri.

Hæua. Adamus.

PVtas Adame uera deprendemus illa oracula
Quæ cecinerat de ſeptuaginta hebdomadibus myſticis
Daniel? Ad. Puto, & non credere eſt nefariũ Hæ:
At nulla pietas,
Religio nulla, nullus eſt cultus Dei uſquã gentiũ.

Duntaxat

Dũtaxat hac in gente cognitus Deus. nihilominus
Vera pietas in hypocriſin cõuertitur, dum litterã
Legis ſequuntur atq; ceremonias. Labijs ſuis
Deum colunt, ab eóq; longe corda eorũ diſsident.
Nam ſpiritũ qui legi ineſt, ultro citroq; negligũt.
Sacrificia ſacerdotibus ſunt queſtui, ſunt luxui.
Templum a Schlomone Deo dicatum primitus, quo ſit domus
Orationis gentibus, ſpelunca ſit latronibus.
Ad hósne corruptos abominabiléſq; Meſchiah
Venturus eſt? An his uel alijs perfidis uel impijs
Naſci, pati, & mori uolet mi Adame tãtus filius?
Quid hæc repeto prolixius? Iam ſigna nulla uidemus, &
Vſquam propheta nullus eſt, nec amplius nos nouerit.
Niſi forte noſtro ſcelere percitus ſalutem differat.
Ad. Mulier ſile, ne noſtra diffidentia & rebellio
Iram Dei in nos prouocet, nos percituſq; exterminet
An non Deus cũ murmuraret Iſrahel præ tædio,
Immiſit in eos aſpidum dentes uenenatos, quibus
Periere? Succurrat tibi, q̃d hæc Iudith optima
Vidua mouebat principes Betuliæ. Hæ. Succurrit hoc,
Valdéq; terret nõ ſibi bene conſciam mentẽ meã.

Sed

Sed quis ferat dilationẽ iugiter, ob hoc maximo,
Quod mihi ſalutis nulla ſpes per aliqua ſigna affulgeat?
Ad non ab Artaxerxe (ſi non oſcitanter calculũ
ſubduximus) poſt ſecla multa ſeptuaginta fere
Hebdomades annorum abſolutæ ſunt Adamet & nullum adhuc
Salutis eſt ueſtigium, nulla unctio, rex nullus, &
Regia propago aut nulla nũc aut humilis eſt. Ad. ſilendum, adeſt.
Genius tuus.————

ACTVS quinti. SCAENA ſecunda.

Senarij.

Genius Hæ. Hæus. Adamus.

Q———— Vid denuo mulier uacillans Elohim ad
Iram & furorem prouocas? Nunquid Deo
Tu terminum miſerationum fixeris?
Certóne Daniel præſcius diuinitus,
Poſt ſeptuaginta hebdomadas haud modo tibi,
Sed & omnibus ueram ſalutem optantibus
Chriſtum adfuturũ cecinerat? Hæ. Sic cecinerat,
Et inæſtimato affecerat me gaudio.
At numerus hebdomadωp domine mi iam fere
Completus eſt. Et nullum adhuc ſalutis hic
Veſtigium, nulla unctio, nulla pietas.

Sceptrũq;

Sceptrūq; nullum regium, niſi quiſpiam
Herodis allophyli honoret ſtemmata.
Si queritur genuina ſtirps Dauidica,
Iam nulla ſit, quòd humilis atq; abiecta ſit,
Quōdámq; florida tota iam prope marceat.
Quid igitur heu ſalutis hinc ſperabimus?
Ge. Stulti profecto quibus Dei potentia
Ambigua ſit, Cum te crearet aut uirum
Totámq; mundi machinam, quæ ſigna erant
Potentiæ? Cum terram inundarent aquæ.
Et præter octo reſidui nulli forent
Mortalium, quæ ſpes ſalutis tunc erat?
Quæ ſigna erant. Nū fragile lignum quo tribus
A morte diſtas dactylis: Cunq; Iſrahel
Arctatus hinc AEgyptius & hinc mari,
Conſilij inops & opis foret, quæ ſigna tunc,
Quæ indicia tunc, quæ ſpes ſalutis tunc erat?
Quid Abraham, quid Moyſes, quid Ioſue,
Quid regius propheta Dauid tum puer
Gregarius, tum iuuenis, aut uir Martius,
Quid Iudith, Heſter, Maccabæus & alij?
Contra ne ſpem in ſpem credidére ſinguli?
Opera dei per cuncta mundi ſæcula
Conſidera, præcipua quæq; & maxima
Paradoxa cernes & hominum impoßibilia
Examini. Quòd condidit hominum genus

Propter

propter ſe, & omnem hanc machinam propter hominem,
Opus profecto maximum, Nec minus eo
Tamen æſtimes, quod modo Deus operabitur,
Opus ſtupendum, opus ſalutis, gratie, &
Redemptionis generis hominum perditi.
Hæ. Quàm gaudeo mi domine ad iſtuc gratiæ, &
Noſtræ ſalutis nuncium. Doleoq; me
Illachrimans obmurmuraſſe Deo meo
Et ò utinam quod ais modo, haud careat modo
Ge. Modo haud carebit, fidito. Hæ. Licet credũ?
Ge. Credas licet. Hæ. Iam dulce flere. Ad. In lachrimas
Reſoluimur præ gaudio, poſt hunc nouum
Nouæ ſalutis nuncium. Ge. Iam lachrimæ
Ceßent. modo eſt remiſſa terræ iniquitas.
Iam iam audietis eum loquentem cominus,
Ego ipſe qui loquebar ecce adſum Deus,
Vt adferam lugentibus ſolatium, &
Habeant coronam pro cinere, oleũq; gaudij
Pro ſpiritu meroris atq; tædij.
Vos itaq; conſolamini, & letamini
Quod chriſtus ipſe in foribus eſt. terræ quoq;
Omnes uidebunt termini σωτήριον
Dei ueſtri, iuxta prophetam. Et quo ſidem
Veſtram imbecillem roborem, eccos cominus

Senes duos, quorum alter alterius erit
Interpres. Hi uobis nouum & uerum adſerent
De meſchiah ueniente teſtimonium.
Hæ. Se proripit Genius meus. Mi Adame quàm
Erimus beati, quando poſt tot ſæcula
Noſtrum utriuſq; filium, ſemen pium, &
Fructum ſalutis omnium uidebimus,
Exoſculabimur, atq; noſtris filijs
Noſtro peremptis crimine exhibebimus.
Et uulneri noſtro omniumq; medebimur.
Ad. Medebimur mea uxor, & ſeruabimur.
Senſim propinquãt huc patres uenerabiles.
Tardos moremur tardiores, mercem ob hanc
Senij moleſtam utriq; multis ſæculis.
Hæ. Alter ſacerdos, alter & ſimeon pius
Qui & ipſe toto Chriſtum anhelat pectore.

ACTVS quarti. SCAENA tertia.

Trimetri.

Adamus. Simeon. Hæua.

Hic noſter eſt Simeon? Si. Ego Simeon ſedi
Qui cedit ipſe eſt Zacharias, qui obmutuit.
Saluete atauc atauiaq;, quibus annuncio
Pacem & ſalutem proximam, multis quã ab hinc
Annis moratam in foribus eſſe gaudeo.
Ad. Congaudeo. Qui certo idem mihi ſuadeam?

Si. Di

Si. Dicam tibi, ut certiſsime perſuadeas.
Generis mei cum ſeruitutem, & omnium
Latum per orbem gentium errorem, ſcelus,
Morbos, labores, inediam, & mortem ultimam,
Non corporis modo, ſed & animæ magis
Multoq; maxime gemo atq; lugeo,
Patrūq; gemitus penſito & ſuſpiria
Dicentium, O utinam Deus cælum tuum
Diſrumperes, & ad ſolum deſcenderes,
Et, Oſculetur me oſculo uultus ſui,
Et, Veniat electus meus in hortum ſuum,
Atq; id genus ſexcenta eorum ſymbola,
Quibus in dies deſiderabant Meſchiam,
In gentium & noſtram ſalutem & gloriam
Danielis atq; ubi ἑβδομήκονθ᾽ ἑπτάδας
Ferme abſolutas colligo, uehementia
Fidei atq; amoris incitatus, ad Elohim ex
Totis meis præcordijs dixi æſtuans.
Adonai Deus, Deus Abraham, Deus Iſaac,
Deus Iſrahel. quem hucuſq; nos ſimul & patres
Noſtri anxie expectauimus, & ex intimis
Deſiderauimus medullis cordium,
Cum plenitudo temporum iam uenerit,
Danieli quæ prenunciauit Gabriel,
Cum noſtra ceſſet unctio, Iudæ quoq;
Regale ſceptrum, eiuſq; dux de femoribus,

Quouſq; noſtri eris immemor? quouſq; nos
Facie a tua peccata noſtra diuident?
Vtinam preces tandem meas & omnium
Timentium te exaudias, nobis quoq;
Faciem tuam oſtendas ſalutis nunciam.
O ſi quod ex ſcriptura agendum credidi,
Merear uidere oculis meis, tremula manu
Meą leuare, exoſculari, & alloqui.
Putem uidebo, putem manebo donicum
Venturus es? Vtinam illa me natiuitas
Videat adhuc ſuperſtitem. Quis mihi dabit,
Subinde quo te paruulum fratrem meum
Audire merear uagientem, & ubere
Matrem ſuo te nutrientem cernere?
Hæc mi pater dum lachrimans (Ad. Quid obſecro
Si. Sile parumper) & his ſimilia penſito
Numine ſuo ſacro Deus mentem meam
Subito imbuit, & in ecſtaſi placida ἐνθέοσ
Venas ſuſurri aperirier mihi ſentio.
Mox applico mentem meam, quo exaudiam
Quidnam Dei loquatur in me ſpiritus.
Et audio uerbum bonum, quod nunciat
Pacem & ſalutem in noſtrum & omne hominum
genus.
Ad. Verbum bonum eructa obſecro gnate Simeõ.
Solare patrem, matrem, & omne hominũ genus.

Si. Sola

Si. Solabor omne tuum genus pater optime,
In ſemine hoc mater quod ex te natum erit.
Audi (inquit) o Simeon ſenex uates meus.
Quia cor tuum tanto æſtuat deſiderio
Et pacis & ſalutis ouium errantium,
Quantumlibet confectus es ſenio graui,
Mortem uidebis neutiquam, niſi uideris
Prius oculis tuis Dei σωτήριον,
Chriſtum meum, Iuſtum meum, gnatum meum.
Niſi quoq; prius manibus tuis geſtaueris
Infantulum, & parentibus benedixeris.
Hoc ſemen eſt, quod Protoplaſtis, Abrahæ, &
Dauidi in hoc promiſeram, multis ab hinc
Iam ſæculis, ne animum ſuum propter ſcelus
Primarium longa mora deſpondeant.
Nam cunctæ in hoc terræ tribus benedictæ erunt.
Seruatæ erunt, & ab hoſtibus redemptæ erunt.
Hoc certum & indubitatum habeto mi pater
Et mater Hæua oraculum. Nam proximis
Non ſeculis hebomadibus ne annalibus,
Verum diebus hoc ſalutare domini
Dei Irabelis adſuturum credimus.
Quod ubi his ocellis uiderim, atq; his brachijs
Portauerim, atq; ei oſculum libauerim,
Securus in pace cupiam dimittier.
Ad. Stamus perinde ac ſtupidi ob ingens gaudiū.

Nam uiſa nobis eſt oriri lux noua
Iam ſtella oriri Balaamitica ex Iacob
Videtur hactenus quod expetitus Meſchiah
In foribus eſt. Iam pone luctum uxor mea,
Iam ſolue colli uincula o filia Sion,
Letentur exultentq; gentes, quia Deus
Miſeris ſalutare exhibebit omnibus
Gentésq; diſperſas per orbem diriget
He. Benedictus es pie Simeon, Benedictus &
Sermo uenerandi oris tui, reduxti enim
A morte dira & ab inferis uitam meam.
Iam non meminero calamitatis amplius.
Iam non amaras, ſed ſuaues fundere
Lachrimas iuuat. O quàm beatus uenter, &
O quàm beata ea ubera, adeo nobilis
Et tam pudicæ uirginis, quæ pondus hoc
Portare conceptum opere ſancti ſpiritus,
Natumq; lacte paſcere emerebitur.
Si. Iam temperatis lachrimis adeamus hunc
Pium geronta Zachariam, cui nutibus
Loquendum erit quia ſurdus atq; mutus eſt:
Vt & ex eo in ueſtra fide firmemini.
He. Tibi nutibus rogatus, etiam nutibus
Reſponderit? Si. Videbimus. redit modo
Qui ceſſerat.

ACTVS quinti. SCAENA quarta.

Tri

Trimetri.

Simeon. Zacharias. Adam: Haua.

S —————— I. ᴗ —ᴗ— Za. ᴗ—ᴗ—
Ad. Quis geſtus hic? Hæ. Seſe ſalutãt mutuo.
Paribus notis. Ad. Noſti notas? Hæ. Noui probe
Ad. Quid hic innuit? Hæ. שלךמלך; Ad. Quid
ille huic?
Hæ. Idem quod hic. Sit pax tibi. Si. ᴗ—ᴗ—
ᴗ—ᴗ—ᴗ—ᴗ—. Ad Quid hæc uolunt?
Hæ. Frater tabellas profer e ſinu tuo.
Ad. Reſpondeat. Za. ᴗ—ᴗ—ᴗ—ᴗ—
Ad. Quid hæc ſibi? Hæ. Hæ tibi tabellas, perlege.
Ad. Lege obſecro tabellas modo noſtra inter eſt.
Si. Multum quidem ueſtra intereſt, quia Meſciã
Mox adfore hic mutis figuris nunciat.
Audite & intelligite quæ legenda ſunt.
Cum ego ſacerdos Zacharias uicis Abiæ
Ingreßus in templum forem, quo fungerer
Meo officio, & imponerem aræ aromata,
Ad dexteram angelus Dei aſtat Gabriel,
Me territũq; affatur, & ſic roborat.
Ne Zacharia, ne terreat te ſpectron hoc.
Audita enim eſt tua deprecatio apud Deum,
Quód Elizabeth coniux tua pariet tibi
Sterilis ſeni iam filium, nomẽnq; ei

Indes Ioanni, quòd ipſe gratiæ
Daturus eſt præconia. Hic coram Deo
Magnus erit, & nunquàm merum bibiturus eſt.
Ex filijs quoq; Iſrahel, conuertet ad
Dominum Deum patrum ſuorum plurimos.
Præcedit ipſe Meſchian in ſpiritu &
Virtute uatis Heliæ, ut conuertat in
Gnatos patrum mentes, & ad prudentiam
Iuſtorum adhuc inobedientes, quo Deo
Plæbem paret perfectam. Ita mihi Gabriel.
At ego ob meum meæq; ſenium coniugis
Incredulus Dei angelo, & ſignum petens
Obmutui atq; obſurdui, quo & angelus
Verax probetur, & ego ἄπιϛος puniar,
Donec mihi εὐάγγέλιον hoc perfectum erit.
Vxor igitur concepit, atq; hic ſextus eſt
Menſis, & adhuc ueretur ire in publicum.
Ad. Profecto hoc εὐάγγέλιον eſt chare Simeon.
Tuoq; læto nuncio bene conſonum. Hinc
Intelligo quòd hic puer ſit πρόδρομος
Chriſti futurus, atq; preco iudicis.
Qui (quemadmodum cecinere uates) ſemitas
Eius parabit, & in eremo diriget.
Si. Is plane erit. υ— υ— υ— υ—.
Ad. Quid indicat? Hæ. Sinui inſerendas Zacharis
Monſtrat pugillares, in uſum huiuſmodi.

Ad. Rectè quidẽ. Heus uiri obſecro quid patria
Veſtra relicta, in hunc locum uel urbem ad hanc
Senes uenitis? An ne noſtra & id inter eſt?
Si. Ob uirginem ſacram uidendam, quæ uiro
Deſponſa Ioſeph ex tribu Iudæ, & domo
Dauidis incl'yta, gradu quantumlibet
Incommodo huc conceßimus. quòd illius
De ſanctitate, caſtitate, modeſtia,
Miranda multi prædicant, ne forte ſit
Mater futura Meſchiæ. Ad. Quid iam audio?
Bethlemicum fore credidi, quòd inde cum
Exire uates dixerit. Si. Videbimus.
Quin uaticinium & alterum uerum arbitror,
Quo Nazareus quoq; uocandus dicitur.
Hæ. Ex Nazareth igitur oriunda mater eſt?
O utinam & hanc nobis uidere liceat &
Venerarier, quam prædicatis uirginem.
Si. Videbitis (ſi inuenta fuerit) ſpondeo.
Ob hoc ualete protoplaſti. Ad. Vos quoq;
Senes ualete. Hæ. O utinam ab his inuenta ſit.
Aalma uirgo abſcondita, incognita uiro
Puella, quo (licet ſenes) famularier
Ei queamus, aut eam uenerarier.
Ad. Inuenerint ſpero. Hæ. Quid hoc? Ad. Quid eſt?
Hæ. Hãc ad ſiniſtrã reſpice. Ad. Hẽ. Hæ. Deus bone
Quàm pulchra, quã pudica, quã modeſta, quãq;

Ornata honeſtis moribus, cui nil deeſt
Quod ratio honeſti poſtulet, niſi ſtemmatum
Generoſitas, pauloq; cultus corporis
Decentior, quæ ſi adſient, quis non putet
Chriſto eſſe dignam, ut mater eſſe poſſiet?
Ad. Poſſet quidem, nec cultus iſte humilis Deo
Ingratus eſt. Cedamus huc ſecretius,
Et audiamus quidnam aperto ex codice, aut
Modo legat, aut lectura ſit. Hæ. Cedamus. en
Surſum manus puras leuat——————

ACTVS quinti. SCAENA quinta.

Senarij. & quaternarij.

Mariam. Heua. Adamus.

O——————*Culos meos*
Deus meus reuela, ut hæc intelligam, &
Legis tuæ mirabilia conſiderem.
Hæ. Orat Deum quo intelligat. Ma. Locutus eſt
Iehouah ad Achaz. Signum tibi pete dominum
Vel ab inferis, uel a ſupernis ignibus.
He. Pertractat Eſaiam. Ad. Sile. Ma. Dixitq;
Achaz.
Non poſtulabo, nec Deum tentauero.
Dauidis ergo audi domus. Nunquid parum
Vobis, moleſtis eſſe hominibus, niſi etiam
Deo meo ſitis moleſti? Propter hoc
Deus ipſe uobis ſignum adhuc daturus eſt.

Ecce

Ecce העלמה concipiet, &
Pariet uiri ſine ſemine
Gnatum, atq; nomen illius
Emmanuel uocabitur.
Mel comedet atq; butyrum
Quo reprobare ſciat malum,
Et approbare quod eſt bonum.
He. O quàm ſuauis atq; amena cantio hæc.
O quàm pium pectuſculum. O quàm ignitus eſt
Affectus hic tam gratioſe uirginis.
Vide Adame ſupplices manus, cum lachrimisq;
Oculos uerecundos leuatos ad æthera.
Ad. Video. audiamus quid Deum precabitur.
Ma. O mi Deus cui proprium miſereſcere,
Qui charitate perpeti nos diligis,
Qui in ſemine mulieris hominum promiſeras
Generi ſalutem & gratiam, quod & Abrahæ &
Patri meo Dauidi repromiſeras,
Quouſq; tandem (te obſecro) cibabis his
Nos lachrimarum panibus? Domine Deus
Iam ſceptra patria nulla, ceſſat unctio,
Silentq; uatum oracula, & prope finis eſt
Danielis hebdomadûm. Iacet hominum genus
Totum per orbem ſaucium. Tempus modo
Venit illius miſerendi, eheu tempus uenit.
Veni igitur, ut noſtrum omnium languoribus
Medearis,

Medearis, & feras ſalutem perditis.
Oſtende nobis miſericordiam tuam,
Et quod daturum te canit uates tuus,
Σωτήριον nobis tuum da. & gentibus
Oſtende ſignum, oſtende partum uirginis,
Per quem tibi humanum genus poſt lapſum Adæ
Tandem reconciliabitur. O uirgo quam
Quātāq; te memorem, quibúſue laudibus
Te predicem, diuina cui ſublimitas
Altißimiq; filius ſe dedit, &
Purißimo inſinuabit illius utero?
O ſi mihi caſtißimo liceat frui
Huiuſce conturbernio, & me ancillulam
Dignetur ipſa admittere, uel infimam,
Quæ uirgo deligenda Chriſto mater eſt,
Que tantam apud Deum impetrabit gratiam,
Domine ante te eſt meum omne deſiderium, & hic
Gemitus meus tibi neutiquàm eſt abſconditus.
O ſi queam tantam inuenire gratiam.
Hæ. Quis non liqueſcat tanti amoris facibus, &
Modeſtia? Clauſo oſtio orabit patrem in
Aſcondito, ſecreta ab obſtrepentibus.
Ad. Quid cernimus coniux mea? heu quid cer-
nimus?
Hæ Noſtrum utriuſq; genius eſt. Quis tertius
Virtute qui Dei uidetur præditus?

Ad. Per

Ad. Perſimilis eſt archangelo, qui flammeo
Nos enſe paradiſo expulit, fugiamus. Hæ. Heu:
ſiccine propinquat omnium noſtrum ſalus?
Ad. Fugiamus inquàm. Hæ. Vbi latebræ? heu quo
fugiam? atat.

ACTVS quinti. SCAENA ſexta.

Trimetri & nonnulli dimetri.

Genij 2. Gabriel. Maria.
Adam. Hæua.

QVo fugis Adame? quo fugis? ne fuge modo.
Sed huic parieti aurem tuam nunc applica,
Quo exaudias tibi nunc ſalutem proximam
En Gabriel qui Zachariæ erat ἐυάγγελοσ
Mariæ adferet nouæ ſalutis nuncium
Ge. 2. Quin Hæua ſtas? attende uerba archangeli.
Non modo tibi timori erit, ſed gratiæ
Quia non machæram nunc ut olim flammeam
Sed ramum oliuæ pacis indicem gerit.
Hæ. Ergó ne mihi affulget per hunc ſpes gratiæ?
Ge. Affulget utiq;. Hæ. Adame ades. tuta omnia.
Ad. Hem.
Gab. Salue puella gratioſa,
Dauidis e ſtirpe generoſa,
Dominus Deus tecum tuus,

Bene-

Benedicta tu in mulieribus.
Hæ. Mi uir quid audiemus? An ne hæc uirgo ſit,
Quàm queſiere iam ſenes? Ad. Neſcio equidem.
Turbatur, ut uultus color facile indicat,
Tum præ pudore, tum timore (ut ſuſpicor)
Subito introgreſsi iam cubiculum archangeli.
Expendit atq; pro ſua prudentia,
Qualis ſit hæc ſalutis impræcatio.
Hæ. Putás ne pauidam roborauerit? Ad. Sile.
Ga. Abſit timor Maria tibi, qđ gratiam
Inueneris apud Deum ter maximum.
Quem cecinit hic olim prophetes ἔρβεος.
Nouum tibi lætũq; porto nuncium.
En uirgo concipies in utero filium,
Pariesq; uirgo permanens, & illius
Nomen uocabis Ieſuah. Hic futurus eſt
Magnus, Deiq; filius uocabitur.
Dabitq; ei dominus Deus patris ſui
Dauid thronum, & regnabit in Domo Iſrabel,
Eiusq; regni finis haud futurus eſt.
Hæ. Præ gaudio me ſpiritus iam deficit.
Ad. Meq; omnium rapit dolorum obliuium. Hé.
Ma. Qui fiet iſtuc, cum uirum non nouerim?
Nam quãquàm Ioſepho pudica nupta ſum,
In copulam minime tamen conſenſimus.
Gab. Audi Maria mea domina, conceptus tui

Ego

Ego nuncius, non author ablegatus ſum. At
Diuinus ipſe & increatus ſpiritus
In te ſuperuenturus eſt. uirtus quoq;
Altiſsimi mirifice obumbrabit tibi.
Ideóq; ſanctum quod genueris, filius
Dei erit, uocabiturq;. Et ecce Elizabeth
Cognata tua & ipſa puerum concepit in
Aetate anili, & menſis hic iam ſextus eſt
Prægnanti, ei que erat uocata ſterilis, ut
Certo ſcias è proximo, quòd Elohim
Facere perinde ac dicere hæc poſsibile ſit.
Nunc redde uerbum, & uirgo uerbum concipe.
Profer tuum, & diuinum in utero concipe.
Totum tuum mundus manet beneplacitum.
Vide lachrimas & Adami, & Hæuæ, & omniũ.
Conſenſum in hoc facto tuum implorantium
Ma. Si me dominus & uilem & humilem uirginẽ
Chriſto ſuo matrem eligit, pareo libens.
Ecce humilis ancilla domini,
O Gabriel fiat mihi
Tuum ſecundum nuncium.
Ga. Sic quod erat ante ſæcula
Ex te beata uirgula
Verbum Dei factum eſt caro.
Erisq; uirgo θεοτόκοσ,
Et ſine grauedine grauida,

Et ſine

Et ſine dolore puerpera.
Vale Maria mea domina, redeo ad patrem,
Legatione cuius ad te functus ſum.
Tu gratias ages ei ſuper omnibus
Quæ præſtitit tibi bonis, per te quoq;
Simul omnibus mortalibus. Ma. Vale Gabriel.
Patriq; me ſuperûm, atq; ſuperis omnibus
Commēda. Ga. In omnibus Maria tibi haud ſecus
Atq; paranymphus obſequar. Vale Domina.

ACTVS quinti. SCAENA ſeptima.

Trimetri.

Maria ſola.

ITaue tibi placuit pater mitiſſime,
Vt me humilem & abiectam puellam filio
Matrem tuo delegeris? Tibi gratias
Quantas ualet mea imbecillitas ago
Domine Deus meus, quòd omne hominū genus
In primo Adamo perditum, requirere
Hoc ordine & ſeruare nunc decreueris.
Iam poſtulat tempus, ut Abra mea accita
Caſtoq; Ioſeph νυμφίῳ proficiſcar hinc,
Vt ſuper inenarrabili dono Dei
Cum Elizabeth pariter agamus gratias.
Surgas oportet ocyus ſoror mea
Et itineri mihi deſtinato accingier.

Adeſt

Adeſt Ioſeph omnium quos ſol uidet
Iuſtiſsimus caſtiſsimúsq; uir meus,
Cum quo mihi paucis loquendum clanculo
Priuſquàm eam. At meo pudori conſulens
Domum introgreſſa excipiam eum cum gaudio.

ACTVS quinti. SCAENA octaua.

Trimetri.

Adamus. Hæua.

O Vera ſumma incompræhenſaq́; trinitas
Deus meus, quàm diſcrepant tua à meis
Iudicia. quàmq́; incomprehenſibilia ſunt
Opera tua. Ecquis uxor ex mortalibus
Hanc crederet cõtemptam & humilẽ uirginẽ ad
Tanta euehendam diui honoris culmina, ut
Mater dei, & noſtrum ſalutis omnium
Foret author, atq; cooperatrix unica?
Iam cernimus quàm uera ſunt. Excelſus eſt
Dominus, & humilia reſpicit, & alta eminus
Cognoſcit. E terraq; ſuſcitat inopem, &
De ſtercore leuat pauperem. Hæ. Veriſsima
Iſthæc marite cernimus. Profecto enim
Reſiſtit arrogantibus, ſed humilibus
Dat gratiam. Crepunt fores, en uirgo cum
Mox introgreſſo & flente prodit coniuge.
Cedamus hinc porro, & loquentem nymphio

spectemus alonge.————————

ACTVS quinti. SCAENA nona.

Trimetri.

Mariam. Ioſephus. Abra.

M———— I Ioſeph, quem Deus
Mihi caſtitatis uindicem & ſociũ dedit,
Te obſecro, ne me hinc exeuntem lachrimis
His proſequare, pauore ſeu periculi,
Horrore ſeu uiæ aſperæ qua abitura ſum.
Quòd angelus Iehouah me perducet in
Montana Iudææ, & reducet proſpere.
Io. O caſtitatis unicum mundo decus,
Puruq; ſancti ſpiritus ſacrarium,
Quãuis tuam præ rebus omnibus petam
Præſentiam, per me tamen licet abeas,
Quocunq; ſpiritus Dei te duxerit.
Adi, ſaluta & gratulare Elizabeth
Anui piæ, tibiq; ſanguine proximæ.
Quã nos ſenem, atq; hucuſq; ſterilem nouimus,
Tu prole iam fætam reſciſti oraculo:
Hanc queſo plurima meopte nomine
Anum ſalute impertias. Ma. Id ſedulo
Libensq; mi uir ſecero. Nunquid aliud
Me uis? Io. Nihil. Vale ſoror. Ma. Frater uale.
Io. Heus Maria. Ma. Quidnam chare Ioſeph præcipis?

Io. Nihil

Io. Nihil. ſed in quē te diē expectabimus,
Aut te reuerſam denuo uidebimus?
Ma. Poſt menſium tempus trium, quibus anui
Inſeruiam, ſpero reuerſam uideris.
Vale. Io. Vale, comitatus angelus Dei
Te ducat atq; te reducat ſoſpitem.
Ma. Vale. Ades mea Abra, nouū canamus canticū.
Ab. Adſum hera. Deo nouum canamus canticum.
Cuius ſimul uerba & modos, quemadmodum
Tuo ab ore perdidici, probe calleo. Ma. Bene eſt.
Prius tamen mihi calyptram porrige.
Tu tibi ricam teue, quia minime decet
Nos capite aperto incedere. Ab. Hē tibi domina
Redimiculum. Te operiam, & inde ipſa operiar.
Poſt iter agemus ſuauibus cum canticis.
Ma. Eſto. expedi. Ab. Hem.————

ACTVS quinti. SCAENA. decima.

Verſus trimetri.

Adamus. Genius. Haud.

E————Vge, commodum Genius meus
Seſe ingerit. Mihi ò patrone optato ades.
Ge. Vidiſtin' hanc diuinam Adame uirginem?
Ad. Vidi domine, uideoq; adhuc, licet eminus,
Et præſtupore maximo defecit in
Me ſpiritus. Quod Gabrielq; ei attulit

Veræ ſalutis nuncium, lætiſsimi
Audiuimus. Sed ai obſecro, nũ hæc uere ea eſt
Ieſſea uirga, quã propheta floridam
Præuiderat? Nũ uere ea eſt Haalma quã
Puerperam prædixerat? Ge. Vere hæc ea eſt
Haalma uirgo abſcondita & prophetica,
Dauidis è ſtirpe edita atq; florida.
Quæ Emmanuelem fœta ſacro pneumate
Incorrupta uobis proferet, uerum Deum
Verum & hominem. Quo, cum neci nil debeat,
Pro ſingulis morti perenni obnoxijs,
Mortem uti ſceleſtus oppetat. Neq; enim alia
Ratione fieri id potuerat, niſi Deus homo
Mortalis effectus foret. Hæ. Dolor heu dolor.
Pro me innocens mortem oppetet? Ge. Mortem oppetet
Ad. Heu noſtra propter ſcelera? Ge. Veſtra & omnium
Mortalium, per originalem traducem.
Ad. Sic experimur & ingemiſcimus ampliter,
Iugéſq; ob id nobis fluunt hæ lachrimæ.
At ſemen hoc noſtrum, quod ex tot ſæculis
Optauimus, qui ſit quòd ex traduce nihil
Siue uitij ſiue ſceleris contraxerit?
Ge. Quòd ſine uirili ſemine, ſineq; libidine
Conceptus eſt, ſola hac parente uirgine

Edendus in lucem ſtatuto tempore.
Ad. Sic quoq; canebat Gabriel. Dei ſacro
Quod fœtui formando adeſſet ſpiritus.
Quid ergo huic ſociata Ioſeph coniugi?
Ge. Primum omnium, quo callido celetur hoc
Myſterium ſerpenti, & inde, quo adiuuet
Vir pauperem, puerperamq; liberet
Improperio, ne iudicetur ad ultera.
Norunt Ioſeph multi ab annis pluribus,
Iuſtum pium, & caſtum uirum, Bethlemicum,
Et ex tribu Dauidis ortum regia.
Proinde & hanc tribu ex eadem quoq; ſatam
Neceſſe erat, quo facta Ieſſe filio
Rata ſit Dei promiſſio. Ad. Iam plenius
A ſæculis capio abditum myſterium.
Et ó utinam nobis liceat hanc alloqui.
Exactiuſq; ſingula ſciſcitarier,
Nobis quæ ab ore archangeli eurus abſtulit.
Hæ. O ſi liceat, arcemur heu, ſe dénuo
Gabriel perinde atq; paranymphus ingerit,
Et uirgini abeunti comes (uti ſuſpicor)
Futurus eſt. Ad. At me mens iam deſerit.
Hæ. Mi uir ſequamur obſecro has, uel eminus,
Quo recreemur canticis. Ad. Sequamur. &
Fortaſſe adhuc tandem aſſequemur, quod modo
Peccata noſtra non merentur conſequi.

 Hæ. Sile-

Hæ. Sileamus, auſcultemus, occipient melos.

ACTVS. quinti. SCAEN. vndecima.

Trimetri, & dimetri.

Abra. Mariam. Protoplaſti.

NVnc expedita ſingula, & prolixior
ſuccincta domina ueſtis eſt, eamus, &
Nouum canamus canticum. Ma. Ne me uoces
Dominam tuam, at conſeruulam. Succine, canam.
CAntate domino canticum,
Quod mira patrauit, nouum,
Sua triũphans dextera
Suoq́; ſancto brachio.
Prot. Laudemus & nos Elohim. Hæ. Hem.
Laus ſit patri cum fi. etc. ut infra.
Ma. Notum Deus fecit ſuum
Nobis ſalutare omnibus,
Suamq; coram gentibus
Iuſtitiam in orbe prodidit. Prot. Laus ſit etc.
Ma. Meminit ſuæ clementiæ,
Et ueritatis priſtinæ
Qui ſe ſalutiferum adfore
Tribubus ſpopondit Iſrahel. Pro. Laus.
Ma. Videre cuncti termini
Europæ, & Aſiæ, & Aphricæ
Noſtri Dei Σωτήριον,
Quod perditis daturus eſt. Prot Laus ſit.

Ma. Io

Ma. Iccirco terrarum incolæ
Nunc iubilate in gaudio.
Cum canticisq; & tripudio
De benefico pſallite. Prot. Laus
Ma. Cithara Deo alacres pſallite,
Citharaq; cum pſalterio,
Clangore ductilis tubæ,
Tubæq; uoce corneæ. Prot. Laus
Ma. Lætamini coram Deo.
Mare gaudeat cum piſcibus,
Orbisq; terræ cum omnibus
Vbiq; ſe incolentibus. Pro. Laus ſit.
Ma. Plaudant manu quoq; flumina,
Montésq; tripudient ſimul,
Coram Deo quòd uenerit,
Terras ut omnes iudicet. Prot. Laus
Ma. Nam iudicabit pro ſua
Iuſtitia in orbe quoslibet
Et in æquitate maxima
Populos ubiq; gentium:

Verſus intercalares

Prot. Laus ſit patri cum filio
Et utriuſq; ſpiritu.
Ad. Cedamus huc, nã ab Elizabeth crepit oſtium.
Hæ. Recte. hoc enim conſortio indigni ſumus.
Ab. En commodam ſoror mea, en iam cantico

Noſtro

Noſtro abſoluto Elizabet tibi συγγενὴς
Prodit foras———————

ACTVS quinti. SCAEN. duodecima.

Verſus ut ſuperiores.

Elizabeth. Abra. Mariam.

V———————Ox cantici dulciſsimi
Me exciuit huc quãtumlibet grauidã foras
Ab. Non nos uidet. Loquere prior ſoror mea,
Tantiſper hac dum ipſam ſalutes ceſſero.
Ma. Pax & ſalus cognata tibi cum gaudio, in
Deo ſalutari omnium credentium
Qui tibi dedit ſalutis atq; gratiæ
Concipere præconem, dabit quoq; parere.
El. O mea Maria Dauidis inclyta filia.
Benedicta tu inter mulieres
Et fructus iſte uteri tui
Præ cæteris mortalium
Ab Elohim benedictus eſt.
Vnde hoc mihi, ut domini mei
Mater me aniculam uiſitet?
Vt enim auribus meis tua
Salutis imprecatio
Diuina uirgo inſonuit, hic
Infantulus præ gaudio
Exiluit in utero meo,
Beata quoq; quæ credidit,

Cui cum-

Cui cuncta perficienda ſunt,
Quæ à domino ei promiſſa ſunt.
Atq; ò utinam non uir meus fuiſſet huic
Incredulus noſtræ ſalutis nuntio,
Atq; taciturnitatis immunis foret,
Quo lingua & ore haud litteris & nutibus
Quod audijt de infante nobis explicet.
Et notius nobis ſiet myſterium.
Ma. Fer cum uiro æqua mente tantum incōmodi
Nam poſt trimeſtre uidebimus, q̄d hic puer
Natus patri reſtituet id quod perdidit.
El. Si faxit hoc Deus optimus, qui nunc dolent
Nato puello erunt ouantes plurimi.
Ma. Confide, non reuertar hinc quin uideris.
Non creduas? El. Quin creduam uerbis tuis
Mater fide delecta filio Dei?
En ipſus hic de quo loqui iam cæpimus
Cum protoplaſtis atq; cum Simeone adeſt,
Cum quo ante pauculos dies in Nazareth
Profectus eſt. Intérq; ſe dum conferent,
Nos intro eamus paululum, ut uirgo tuam
Ponas calyptram, & hi pepli quibus in uia
Succincta eras, talos ad imos defluant.
Dauidis etenim filiæ talaribus
Tunicis ſolent incedere. Mar. Scio, ſi ita decet,
Obtempero. El. Sequere puella tu quoq;. Ab. Hē.

ACTVS quintus SCAEN. decimatertia

Trimetri omnes.

Simeon. Hæua. Adamus. Zacharias.

VT dixeras modo pater Adame obiter ouās,
Nū inuenta uirgo regia eſt, per quā ſalus
Mortalibus ſit proditura perditis?
Hæ. Dic pro uirili queſo uir ſine lachrimis.
Ad. Gaudete nobiſcum uiri, quòd hactenus
Queſita mulier illa fortis, cuius eſt
Procul atq; terræ a finibus precium ultimis,
Inuenta ſit, & inuenta uirgo regia,
Dauidis orta ſtemmate, ut uates canunt.
Per quā quidem, nobis ab orbe condito
Implorata & expectata multis ſæculis,
Vera hactenus dilata prodibit ſalus
Si. Nil eſt ſalute quod offeras præſtantius.
Sed (amabo) dic mihi pater, quibus tibi
Hæc uirgo ſignis innotuit, aut quo modo?
Ad. Auſculta, ut ipſe Zachariæ quæ dixero
Aut litteris aut nutibus poſt indices.
Cum uos abiſtis (forte fortuna Deo
Sic annuente) per feneſtram uidimus
In cubiculo ſuo puellam uirginem,
Adeo uenuſtam, adeo uerendis moribus.
Vt regiam atq; heroicam non ambigas.
At gratia quia corporis fallax ſolet

Subinde

Subinde deprehendier, tanta in Deum eſt
Pietate uirgo prædita, ut non tibi modo
Virtus. ſed & diuina quædam claritas
Ex ipſius facie & oculis reſplendeat.
Quid te moror? Dum tacitus hæc conſidero,
Ecce angelus Gabriel polo lapſus, ad eam
Ingreditur, & blande ſalutat ſupplicem.
Fætámq; ſacro pneumate Dei filium
Altißimi mundo edituram nunciat.
Si. Quidnam audio? Ad. Prior quod ego cũ cõiuge
Tum uidimus, tum audiuimus. Cunctáq; tibi
Recitare poßum ex ordine, niſi ſuſpicer
Quod iam introgreßam cum Zachariæ coniuge,
(Quã uiſitandi huc aduolauit gratia)
Prodire mox rurſum foras uidebitis.
Si. Vt ut eſt Adame hũc Zachariã (ut promiſerã)
Domum reducam, ibiq; mihi uobiſcum adhuc
Spero illius licebit alloquio frui.
Ad. Speramus & nos maxime. Si. Salue. Ad
Vale
Hæ. O utinam Adame ſi frui nobis quoq;
Detur ſacro alloquio, uel ipſa uirgo nos
Dignetur alloquio ſuo uel ad horulam.
O ſi meus tuús ue genius præſto ſit,
Qui animum puſillum utriuſq; noſtrum fulciat.
Et tum panori tum pauori conſulat.

Ad. En utriuſq; noſtrum præſto Genius eſt.
Suum uterq; noſtrum ſciſcitetur obuium.

ACT. quinti. SCAE. decimaquarta.

Trimetri.

Genij.2. Hæua. Adamus.

ADeamus ultro protoplaſtos Raziel
Vides ne ut Hæua cum marito lachrimat?
Ge.b. Video, miſeretq; me illius. *Ge. a.* Me quoq; uiri.
Adeamus itaq;, uterq; enim nos appetit.
Ad. Adi prior (queſo) uxor, & ſupplex roga.
Hæ. Proſtrata humi rogabo. tu ſiſte lachrimas
Ad. Si quiboſiſtam, & te gradu lento ſequar.
Hæ. O ſi queam domini inuenire gratiam. O.
Ge.b. Ne procidas. ſurge. Illum adora qui tibi
Conſeruulum me fecit, ut qui uirginis
Vtero tuam dignatus eſt aſſumere
Humanitatem. hominiq; reddet gratiam.
Hæ. Vtinam Dei merear ſalutem & gratiam.
Ge.b. Quid denuo lamenta, quid ſuſpirias?
Adhuc ne poſt tot ſigna tot uaticinia
Dubitas ſalutem & gratiam tibi proximam?
Hæ. Non dubito, ſed q̄d adeſſe matri uirgini
Sordida mulier indigna ſum, ſic lugeo.
Ge.b. Quin Vriel tuum clientem prouocas?
Ge. a. Accede Adame, ne uerere. in proximo

Tua

Tua eſt ſalus. Ad. Inueniat obſecro gratiam
Domini mei ſeruus tuus. Ge. a. Σύνδουλον, haud
Dominum uoca, quoniam Deus homo factus eſt.
Ad. O ſi liceat adeſſe matri uirgini.
Ge. a. Siſte lachrimas. licebit. aſta coniugi.
Hæ. O cui meæ ratio ſalutis credita eſt
Angele Dei, non mihi licebit (aut meo
ſaltem uiro) colloquio adeſſe filiæ, aut
Nouæ ſalutis nuncias affarier?
Ge. b. Adite uterq; nouæ ſalutis nuncias.
En Maria cum ueneranda anu prodit foras.
Ad. Audebimus? tantis ſceleribus ſordidi?
Ge. a. Audendum erit, quod pro ſceleſtis, ſordidis,
Et inquinatis hæc ſalus ſit præſtita.
Prei Adame, Ge. b. Sequere mulier à tergo uirum.
Hæ. Hem.

ACT. quinti. SCAEN. decimaquinta.

Senarij omnes.

Elizabeth. Adamus. Maria. Hæua.

EN miſer Adam, qui abs te petit cum coniuge,
O uirgo poſt tot ſæculorum lachrimas,
Suſpiria, atq; anguſtias, ſolatium.
Ad. O uirgo ſancta, caſta, dia, humillima,
Et uirginum facile omnium digniſſima,
Niſi improbus uidear precator, obſecro
Vt iure ſceleratiſſimos, quos ſol uidet

Omniſq; terra ſuſtinet, mortalium,
Nos Protoplaſtos recipias in gratiam,
Ad mutuamq; flexa miſericordia
Veſtram ὁμιλίαν, quo plenius hoc à ſæculis
Abſconditum, & per Gabrielem (ut uidimus)
Tibi proditum, tantæ ſciamus gratiæ
Myſterium, atq; has ſeculares lachrimas
Cumulatiori diluamus gaudio.
Ma. Ades pater materq;, quo mecum ſimul
Lætemini in Deo *ſalutari meo.*
Ad. Quid te uetat coniux uocatam accedere?
Quid denuo tibi tanta lachrimatio? Hæ. *Heu*
Pudor uetat, cientq; gaudia lachrimas.
Ma. Cur te pudet mater mea humilem ancillulam
Tuamq; gnatam accedere? Hæ. *O mea gnata ego*
Corrupta peccatisq; ſordida mulier
Te uirginem ſanctam erubeſco accedere.
Ma. Iam diluet ſordes & omnes lachrimas
Mæroris, hoc ſemen tuum & gnatus meus
Mater mea. Hæ. *O ter ſemen hoc ſanctiſſimum*
Multis quod expectauimus iam ſeculis,
Et nunc mihi naſcetur ex te filia,
Deiq; altiſſimi atq; filius tuus
Vocabitur, quanto & quàm inæſtimabili
Me gaudio repleuerit profarier
Minime queo. Te iccirco ſupplex deprecor

Mea filia,

Mea filia, ut digneris hunc patrem tuum
Senem, atq; me matrem tuam uel paululum
Tuo frui colloquio, & audire omnia
Quæ ab angelo tibi clarius digeſta ſunt,
Quæ non potuimus eminus prehendere.
Ne quis doloris ſcrupulus reliquus ſiet,
Tot poſt amaras lachrimas. Ma. Mater mea
Quàm mihi dolent, & hactenus doluere tot
Gemitus tui, tuæq; amare lachrimæ,
Nouit Deus, cui neutiquã eſt abſconditus
Gemitus meus. Verum tuis & omnium
Meroribus nunc anteuortent gaudia,
Poſthac quòd hic noſtrum utriuſq; filius
Doloris omnes nubilos ſimul auferet.
Ergo obſecro cognata te, ut liceat mihi
Cum Protoplaſtis in domum tuam ingredi,
Vt explicem hec cupidis Dei magnalia
Exhibita nobis, & ſalutem proximam.
El. Nihil magis deſidero, introeamus, ut
Cum protoplaſtis omnium parentibus
Sint læta nobis uſq; conturbernia, &
Hoc ſuper inenarrabili omnes gaudio
Nunc gratias ex æquo agamus Elohim.
Qui non ſecus nos atq; perditas oues
Tandem requirit, ut reducat propitius
Ad eminentem cum ſalute gratiam,

Et ad

Et ad perennem cum quiete gloriam. At
Prius obſecro, ut ſi quid reſiduum eſt cantici in
Laudem Elohim Dei ſalutaris tui
Nobis palam nunc præcinas, & gaudium
Salutis omnium omnibus communices.
Si quid potiſsim anicula ſenio marcida
Tibi ſuccinam. Ad. Nos quoq; ſenes
Tibi concinemus alacriter. Ma. Libens canam.
Et quicquid eſt uirtutis in me pſallet in
Laudem Dei. Mihi concine Abra. Ab. Prompta ſum. hem

ACTVS quinti. SCAE. decimaſexta.

Verſus Iambici dimetri.

Canticum Mariæ. Verſibus intercalaribus ſenes poſt ſingulos quaternarios reſpondebunt.

MAgnificat anima mea Elohim,
Et ſpiritus mihi geſtijt
Præ gaudio, in ter maximo
Deo ſalutari meo. *Sen. Sit ſumma laus. &c.*
Quod ad humilia ancillæ ſuæ
Reſpexit, en poſthac enim
Me omnes beatam dixerint
Generationes ſæculi. *Sen. Sit ſumma etc.*
Quia magna cunctipotens Deus
Mihi non merenti præſtitit,
Sanctúmq; nomen illius,

Et omni.

Et omnibus uenerabile. Sen. Sit ſum. ut infra.
Et miſericordia illius
A ſæculis prioribus
Vſq; in futura ſæcula,
Cunctis eum timentibus Sen. Sit ſ.
Exercuit potentiam
Magnam ſuum per brachium,
Diſperſit & ſententia
Cordis ſuperbos proprij. Sen. Sit ſ. ut infra.
Detraxit & de ſedibus
Suis potentes iudices,
Et debiles, & infimos,
Et calamitoſos extulit. Sen. Sit ſ.
Impleuit eſurientium
Fauces cupita gratia,
Vanis relictis omnibus
Qui ſe putarant diuites. Sen. Sit ſum.
Puero labanti dexteram
Porrexit Iſraheli ſuo,
Quo miſericordiæ ſuæ
Memor eſſet olim præſtite. Sen. Sit ſum.
Vt patribus locutus eſt,
Nempe Abrahæ & eius ſemini,
Quod fuit & eſt & poſt erit
In æuum & ultra ſæcula. Sen. Sit ſum.
Verſus intercalares à Senibus canendi.

Sit ſum.

Sit ſumma laus Deo Iſrahel
Nunc & per omnia ſæcula.

ACTVS. quinti. SCAENA. Vltima.

Senarij.

Elizabeth. Mariam. Adamus. Hæua. Simeon.

NVnc abſoluto cantico, quo in ædibus
Sit ſermo nobis amplior, ſit amplius
Et gaudium, de præſtita mortalibus
Vera ſalutæ & gratia, iam Zachariæ
Domum introite amiculi. uu—u—.
Ego Zachariam uirum meum, præ gaudio
Illachrimantem præuium introduxero,
Qui nutibus ſigniſq; uos excipiet (hoc
Quod mutus eſt) humaniter. Domini mei
Mater præi. Ma. Non ita decet. Primi omnium
Sint protoplaſti. pater Adame præteri
Nos, & præi. Sequere Hæua mater, & introi.
Sequere Simeon. Ego cum mea cognata (ubi
Vos introieritis) ſequemur. atq; cum
Fructu ſalutari meo, πρόδρομοσ quoq;
Eius aderit, iam geſtiens præ gaudio
Infantulus. El. Commune adhuc modo gaudio
Vnam Annam abeſſe doleo ter pijſſimam
Viduam, quæ & ipſa plurimum populi Iſrahel
Et omnium mortalium nocte ac die
Ieiunio & precibus ſalutem poſtulat.

Vocanda

vocanda erit nobis diebus proximis.
Ingredimini.Hæ.Modo anima mea exhilarabitur,
vitæ meæ utiq; præ diebus omnibus.
M.Letabimur pro ijs diebus ques Deus
Nos preßit, annis quoq; quibus mala uidimus.
O utinam & hoſpes iſte noſter Zacharias
communis huius haud ſit exors gaudij.
Si.Haudquaquam erit, quia nutibus ei ſingula
Indicabimus.Præite, ne moremini
Prægnantibus qđ ſtatio ſit moleſtior,
Phœbúsq; ſignet horam adeſſe ueſperam.
Ma.Sit pax huic domui, atq; eam ingredientibus.
El.Amen.Veni, ingredere bendeicta ab Elohim.
Sequere Abra heram tuam.Ab.Ilicet.El.Sit laus Deo.
Cunctis ſalutem qui dabit mortalibus.

EPILOGVS per quemlibet dicendus, *aut canendus.*

HAEc quotquot aduolaſtis ad ſpectacula
Obnoxius uos erat author fabulæ.
Ne prorſus abſq; fruge nobis acta ſit.
Prior ipſe Adamus ob ſcelus primarium
Vos eſſe mortales ad unum ſuggerat.
Mortiq; monſtret ſempiternæ obnoxios.
Deinde multis expetita ſæculis

Huma-

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

PA 8547 M23 1552a t.1

Macropedius, Georgius
Omnes Georgii Macropedii Fabvlae comicae